



## Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

## Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

## Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>

PRAECOGNITA

V N I V E R S A E  
E R V D I T I O N I S  
G E N E R A L I A

E T I N S P E C I E

I V R I S P R V D E N T I A E  
N A T V R A L I S  
TAM QVAM  
P O S I T I V A E

I N V S V M

P R A E L E C T I O N V M P V B L I C A R V M  
A D O R N A T A

A

D. DAN. NETTELBLADT  
POT. BOR. REGI A CONS. AVL. IVRIVMQVE IN  
FRIDERICIANA PROF. PVBL. ORD.

---

H A L A E M A G D E B U R G I C A E

I N O F F I C I N A L I B R A R I A R E N G E R I A N A  
M D C C X L V I I .





# PRÆFATIO.



A d primum & prae-  
cipuum docen-  
um officium merito re-  
rtur, quod debeant eos  
i suae manuductioni se  
committunt legitime prae-  
pare ad studia, quid &  
X 2 quo-

## PRÆFATIO.

quomodo discendum, qui-  
que in docendo obseruan-  
dus modus, distincte expli-  
cando. Ne itaque ego in  
hac parte officio meo de-  
sim, iam olim in publicis  
praelectionibus MOSERI ~~Ant-~~  
~~leitung zu dem studio iuris~~  
~~junger Standes- und ande-~~  
~~rer Personen~~ commenta-  
tionibus meis illustraui.  
Cum vero ad ductum hu-  
ius libelli non omnia ea  
quae dicenda erant dici  
poterant, nec alias libellus  
quem surrogare potuisse  
aderat, ipse iam dudum de  
edendo libello huic fini ex  
asse

PRÆFATI<sup>O</sup>.

afle inferuiente cogitauit,  
quem tamen ob varios alios  
labores, iam demum ad fi-  
nem perducere & publicae  
luci exponere potui.  
Quamuis vero mei officii  
ratio non nisi id postulet,  
vt studiosis iuris ostendam  
iura studendi methodum,  
nemo tamen mihi vitio  
vertet quod simul genera-  
lia vniuersae eruditionis  
praecognita conscripse-  
rim. Cum enim nonsolum  
in praecognitis iurispru-  
dentiae explicanda doctri-  
na de nexu & limitibus in-  
ter iurisprudentiam & reli-

X 3      quas

## PRÆFATIO.

quas eruditionis partes, sicut  
que quid sit eruditio & qui-  
bus constet partibus expli-  
candum, sed & praeterea  
regulae in docenda & di-  
scenda iurisprudentia ob-  
seruandae sint quoad ma-  
ximam partem tam ge-  
nerales ut de omnibus eru-  
ditionis partibus valeant,  
hincque etsi voluisse  
tantum praecognita iu-  
risprudentiae conscribe-  
re, pleraque tamen, quae  
iam praecognita eruditio-  
nis vniuersae constituunt,  
praetermittere non po-  
tuisse, placuit separare  
generalia praecognita vni-

## PRÆFATI<sup>O</sup>.

uerſae eruditionis a præ-  
cognitis iurisprudentiae,  
vt hic libellus & p̄aelectio-  
nes ad eius ductum haben-  
dae omnium vſui inſeruire  
poſſint. Abſonum itaque eſt  
ſi quis vellet ex hoc meo  
inſtituto, ſi quid video, lau-  
dabili argumentum ducere,  
me velle adfectare polyhi-  
ſtorem, a qua vanitate ſa-  
ne quam maxime ſum alien-  
nus, & ne quidem hoc mo-  
nerem, niſi ſcirem eſſe ho-  
munciones, qui in hanc ma-  
lam partem interpretantur,  
hunc meum conatum.  
**Quae cum ita ſint abunde**  
)( 4 patet

PRÆFATIO.

patet me non sine sufficien-  
te ratione calatum arri-  
puisse, haecque praeco-  
gnita conscripsisse. An  
vero hac in re quid pree-  
stiterim tuum, Lector Be-  
nebole, esto iudicium. Da-  
bam Halae d. IX. April.  
**MDCCXLVII.**

CON-

CONSP

( o )

# CONSPECTVS.

Discursus praeliminaris.	p. 1.
Lib. I. Praecognita vniuersae eruditionis generalia.	
Sect. i. De eruditione in genere.	
Tit. 1. De veritate eiusque variis speciebus	5
Tit. 2. De rationibus veritatum.	7
Tit. 3. De cognitione veritatis.	8
Tit. 4. De genuina eruditionis notione.	9
Tit. 5. De eruditis eorumque speciebus.	11
Sect. 2. De partibus eruditionis.	
X 5	Tit.

Tit. 1. De partibus erudi-	
tionis in genere.	15
Tit. 2. De historia eiusque	
partibus.	18
Tit. 3. De matheſi eiusque	
partibus.	33
Tit. 4. De philoſophia in	
specie ſic dicta eiusque	
partibus.	44
Tit. 5. De philoloģia eius-	
que partibus.	67
Tit. 6. De theologia po-	
sitiua eiusque parti-	
bus.	70
Tit. 7. De iurisprudentia	
positiua eiusque parti-	
bus.	73
Sect. 3. De methodo docen-	
di	

di & discendi eruditio-  
nem.

**Tit. 1. De methodo in ge-  
nere.** 81

**Tit. 2. De methodo ma-  
thematica** 84

**Tit. 3. De methodo do-  
cendi in genere** 86

**Tit. 4. De methodo do-  
cendi per scripta.** 88

**Tit. 5. De methodo do-  
cendi viua voce** 98

**Tit. 6. De methodo di-  
scendi in genere.** 108

**Tit. 7. De methodo di-  
scendi in academiis.** 107

**Tit. 8. De methodo di-  
scendi absolutis stu-  
diis academicis.** 115

Lib. II. Praecognita iurisprudentiae naturalis.

Sect. I. De iurisprudentia naturali in genere.

Tit. 1. De veritatibus ad iurisprudentiam naturalem pertinentibus, earumque rationibus & cognitione. 118

Tit. 2. De genuina iurisprudentiae naturalis notione, & lGtis naturalistis corumque species. 121

Tit. 3. De nexu & limitibus inter iurisprudentiam naturalem & reliquas eruditiones partes. 123

Sect. 2. De singulis iurisprudentiis

*dentiae naturalis partibus  
sigillatim.*

**Tit. 1. De philosophia pra-  
ctica vniuersali theore-  
tica** 129

**Tit. 2. De iurisprudentia  
naturali theoretica &  
quidem priuata poli-  
tica.** 135

**Tit. 3. De iurisprudentia  
priuata ecclesiastica.** 148

**Tit. 4. De iurisprudentia  
priuata feudali.** 151

**Tit. 5. De iurisprudentia  
publica politica.** 153

**Tit. 6. De iurisprudentia  
publica ecclesiastica &  
feudali.** 158

**Tit.**

- Tit. 7. De iurisprudentia  
gentium. 159
- Tit. 8. De iurisprudentia  
practica. 164
- Tit. 9. De iurisprudentia  
ad Imperantes applica-  
ta. 168
- Sect. 3. De methodo docen-  
di & discendi iurispru-  
dentiam naturalem.
- Tit. 1. De methodo do-  
cendi iurisprudentiam  
naturalem. 170
- Tit. 2. De methodo di-  
scendi iurisprudentiam  
naturalem. 172
- Lib. III. Praecognita iurispru-  
dentiae positivae.

Sect.

Sect. 1. De iurisprudentia positiua in genere.

Tit. 1. De veritatibus ad iurisprudentiam positiuam pertinentibus, earumque rationibus & cognitione. 175

Tit. 2. De genuina iurisprudentiae positiuae notione & Ictis ciuilistis eorumque speciebus. 178

Tit. 3. De nexu & limitibus inter iurisprudentiam positiuam & reliquas eruditionis partes. 181

Sect. 2. De singulis iurisprudentiae positiuae partibus sigillatim. 184

Sect.

Sect. 3. De methodo docen-  
di & discendi iurispru-  
dentiam positiuam.

Tit. 1. De methodo do-  
cendi iurisprudentiam  
positiuam. 237

Tit. 2. De methodo di-  
scendi iurisprudentiam  
positiuam. 245





Q. D. B. V.

PRAECOGNITA  
ERVDITIONIS VNIVERSAE  
GENERALIA  
ET  
IN SPECIE  
JVRISPRVDENTIAE  
NATVRALIS TAM QVAM  
POSITIVAE.

---

DISCVRSVS PRAELIMINARIS.

---

§. 1.

**P**raecognita sunt tractatio, quae continet ea quae cognita esse debent, antequam alterius cognitionem, acquirere operam dare incipimus.

A

§. 2.

Q

## §. 2.

*Praecognita eruditionis vniuersae* sunt tractatio, quae continet ea de vniuersa eruditione, quae cognita esse debent antequam huius vel illius eruditio-  
nis partis cognitionem acquirere ope-  
ram dare incipimus; et tractatio quae  
continet ea de quadam eruditio-  
nis parte, quae cognita esse debent antequam eius  
cognitionem acquirere operam dare in-  
cipimus, *praecognita specialis cuiusdam*  
*eruditio-  
nis partis* constituit.

## §. 3.

*Praecognita vniuersae eruditio-  
nis con-  
tinere* debent 1) tractationem in qua  
quid eruditio sit distincte explicatur  
2) tractationem in qua vniuersae erudi-  
tionis singulae partes definiuntur, et  
3) tractationem de methodo docendi et  
discendi eruditio-  
nem (§. 2.).

## §. 4.

*Praecognita specialium eruditio-  
nis par-  
tium* continere debent 1) tractationem  
de nexu et limitibus inter illam eruditio-  
nis partem cuius praecognita exponenda  
et reliquas eruditio-  
nis partes 2) tracta-  
tionem de eius eruditio-  
nis partis singu-  
lis



lis partibus, et 3) tractationem de methodo docendi et dicendi eam eruditio- nis partem (§. 2.).

§. 5.

*Praecognita specialium eruditionis partium praesupponunt praecognita eru- ditionis vniuersae (§. 4. n. 1.).*

§. 6.

*Absonum est si quis ad discendum spe- cialem quandam eruditionis partem se adcingit, antequam notitia specialium eius eruditionis partis praecognitorum, & vniuersae eruditionis praecognito- rum est imbutus (§. 4, 5.).*

§. 7.

Non desunt quidem scripta sua laude digna, in quibus tam eruditionis vniuer- sae praecognita, quam specialia huius vel illius eruditionis partis, & in specie iu- risprudentiae tam naturalis quam posi- tivae praecognita sunt exposita, in omni- bus tamen varia desiderari possunt pro nostri instituti ratione.

§. 8.

*Praesens nostrum institutum, in pre- lectionum publicarum usum praecognita*


*vniuersae eruditionis, & Jurisprudentiae naturalis tam quam posituae conscribendi, necessitas exigit, & utilitas commendat (§. 6, 7.).*

### §. 9.

Methodus qua in conscribendis his praecognitis sumus vſi, conuenit cum methodo qua in conscribendis systematis nostris elementaribus, tam vniuersae iurisprudentiae naturalis, quam vniuersae iurisprudentiae posituae communis Imperii Rom. Germ. sumus vſi; ad quam methodum & in his praecognitis conscribendis retinendam instituti nostri ratios determinauit.

Dicatur de generali connexione vniuersae sequentis tractationis (§. 3, 4.).

LIBER



# LIBER I. PRAECOGNITA VNIVERSAE ERVDITIONIS GENERALIA.

## SECT. I.

DE

## ERVDITIONE IN GENERE.

### TIT. I.

#### DE VERITATE EIVSQVE VARIIS SPECIEBVS.

§. 10.

 Veritas triplex est, *Metaphysica* si ens habet essentiam sibi debitam, *Moralis* seu *Ethica* quae est conuenientia verborum cum cogitationibus nostris, &c., de qua hic loquimur, *Logica* quae est consensus iudicii nostri cum obiecto.

§. 11.

Logicae veritates dicuntur *vulgares* si vel omnibus vel certi generis hominibus

nibus per communem experientiam notae, cum quaa tales non sunt *non vulgares* appellantur.

§. 12.

*Veritates de modo arma tractandi, mercaturam exercendi, artes manuarias peragendi, sunt veritates vulgares* (§. 11.).

§. 13.

Sunt porro veritates vel *vniversales* seu *dogmata*, vel *singulares*, prout obiectum eorum vel genus aut species est, vel indiuiduum.

§. 14.

*Veritatum vniversalium utilitas maior est utilitate veritatum singularium* (§. 13.).

§. 15.

*Veritates pragmaticae dicuntur, quae usum praestant in dirigendis hominum actionibus, cum Foecundae.* appellantur quae vel in cognoscendis vel in probandis aliis veritatibus usum praestant.

§. 16.

*Veritates vniversales foecundiores sunt veritatibus singularibus, & veritatum*

*tum quae nec pragmaticæ nec foecundæ sunt cognitio est inutilis (§. 15.).*

TIT. II.

DE RATIONIBVS VERITATVM.

§. 17.

**I**d vnde intelligi potest cur veritas talis potius sit quam non sit, dicitur *Ratio veritatis.*

§. 18.

Ratio veritatis duplex est, vel *necessaria* si ex ea ita intelligi potest cur veritas talis potius sit quam non sit, vt ita non esse contradictionem inuoluere simul intelligi possit, vel *arbitraria* si talis est vt ex ea non simul intelligi possit, ita non esse contradictionem inuoluere.

§. 19.

*Veritates naturales* appello, quae per ipsam rerum naturam & essentiam tales sunt, & *Positiuas* quae per voluntatem entis cuiusdam rationalis tales sunt; quod ens cum vel Deus vel Homo sit, *positiuae veritates* vel *Divinae* vel *Humanae* sunt.

A 4

§. 20.



## §. 20.

*Omnis veritates naturales habent rationem necessariam; rationes vero veritatum posituarum vel necessariae vel arbitrariae sunt.*

## TIT. III.

## DE COGNITIONE VERITATIS.

## §. 21.

*Veritatum cognitio est triplex, Historica quae est nuda veritatum quae sunt cognitio, Philosophica quae est cognitio rationis (§. 17.) veritatum, Mathematica quæ est cognitio quantitatis in veritatibus.*

## §. 22.

*Omnis generis veritates historicam, philosophicam & mathematicam cognitionem admittunt (§. 21.).*

## §. 23.

*Est porro veritatum cognitio vel distincta vel confusa, prout notiones veritatem ingredientes vel distinctae, vel confusae sunt.*

## §. 24.

*Principium cognoscendi veritatum naturalium est sana ratio; principium cognoscendi veritatum posituarum vero est reuelatio (§. 19.).*

## §. 25.

§. 25.

*Difficilius est veritatum posituarum quam naturalium philosophicam acquirere cognitionem (§. 19.).*

BILFINGER de triplici rerum cognitione.

TIT. IV.

DE GENVINA ERUDITIONIS  
NOTIONE.

§. 26.

*E*ruditionis vocabulum mox obiective, mox subiective sumitur. *Obiective* sumitur si complexum veritatum denotat, *subiective* vero, si cognitionem quae subiecto cuidam inest significat.

§. 27.

*Subiective* vero eruditio sumitur iterum vel *in abstracto*, si non respicitur quatenus cognitio huic vel illo subiecto inest, vel *in concreto*, si ad hoc vel illud subiectum respicitur.

§. 28.

*Eruditio* obiective sumta, est complexus veritatum logicarum (§. 10.) haud vulgarium (§. 11.).

A 5

§. 29.

## §. 29.

*Eruditio subiective sumta, est distincta cognitio (§. 23.) veritatum logicarum (§. 10.) haud vulgarium (§. 11.).*

## §. 30.

*Si eruditio tanquam totum suis partibus constans consideratur, optime sumitur obiective; si vero eruditio tanquam res cuius cognitione animus imbuendus consideratur, optime sumitur subiective.*

## §. 31.

*Eruditio ambitu suo quidem complectitur veritates quae nec pragmaticae nec foecundae sunt, sunt tamen eae negligenda (§. 28, 11, 16.).*

## §. 32.

*Ars est habitus determinandi actum alicuius entis, suntque artes vel *liberales* vel *illiberales* seu *manuariae* vel *mixtae*, prout vel vsu facultatum cognoscendi, vel manuum opera, vel vitroque modo simul exercentur.*

## §. 33.

*Dantur artes quae ad eruditionem pertinent, quamuis non omnes artes ad eruditionem pertineant.*

*De eruditis eorumque speciebus.* II

TIT. V.

DE ERUDITIS EORVMQVE  
SPECIEBVS.

§. 34.

*E*ruditus dicitur, qui distinctam eruditionis cognitionem habet.

§. 35.

*Qui loqui vel scribere potest, nec tamen animi sui sensa exprimere, non est eruditus.*

BAVMEISTER de eruditis qui animi sui sensa exprimere nesciunt von Gelehrten so es nicht können von sich geben.

§. 36.

Pro diuersitate partium eruditionis eruditi sunt *Theologi, ICti, Medici, Philosophi, Historici &c.*

§. 37.

Pro diuersitate multitudinis cognitio-  
nis, eruditi vel tales sunt qui non nisi certi  
cuiusdam generis veritatum ad eruditio-  
nem pertinentium cognitione instructi,  
vel tales qui omnium veritatum quas  
ambitu suo complectitur eruditio cogni-  
tionem adfectant, quales dicuntur *Poly-  
bistores.*

§. 38.

## §. 38.

Pro diuersitate cognitionis qua imbuti, sunt eruditi vel *Empirici* qui non nisi historica cognitione instructi, vel *Rationales* qui philosophica & mathematica cognitione instructi (§. 21.).

## §. 39.

*Eruditi empirici ea quae cognoscunt memoria saltem comprehendunt, rationales vero intellectu, hincque rationales prae empiricis praecedentiam merentur* (§. 21, 38.).

BAUMEISTER de eruditis qui memoriam quam iudicium diligentius colunt von den Gedächtniß gelehrten.

## §. 40.

Pro diuersitate vitae generis quod sequuntur eruditi, vel tales sunt qui eruditione sua aliis inseruiunt, vel tales qui in otio litterario viuunt; & priores vel tales sunt qui docent, quales sunt *Professores*, *Concionatores*, *Didascalii*, & communim nomine appellantur *Eruditi theoretici*, vel tales qui cognitionem quam habent ad casus obuios applicant, quales sunt *Judices*, *Advocati*, *Medici*, *Confiliarii*,

*liarii, Magistratus & communi nomine appellantur Eruditi practici.*

Dicatur von gelehrten Handlangern.

§. 41.

*Falsum est bonum eruditum theoreticum non esse bonum eruditum practicum (§. 40.).*

§. 42.

Pro diuersitate modi quo vtuntur in veritatibus ab erroribus distinguendis, sunt eruditi vel *Sectatores* qui in veritatibus ab erroribus distinguendis alterius iudicium sequuntur, vel *Eclectici* qui in veritatibus ab erroribus distinguendis proprio vtuntur iudicio.

§. 43.

*Sectator aliquid pro vero aut falso habet quoniam hic vel ille quem ob sapientiam vel aetatem veneratur id pro vero vel falso habet, eclecticus vero quoniam probari potest verum esse quod pro vero, falsum quod pro falso, habet (§. 42.).*

§. 44.

*Si quis talis eruditus est qui nihil gratis adsumit, sed omnia asserta sua rite probat, & in tradendis veritatibus methodum tam tanquam optimam prescribit*

*scribit secundum quam nil sine sufficiente probatione tanquam verum admittendum, eius sectatorem aliquem esse impossibile est* (§. 43.).

Dicatur de quaestione: An dentur Wolfiani? pro diuersa huius vocabuli acceptione, prout vel denotat sectatorem Wolfii, vel eruditum qui habitu adserita sua demonstrandi pollet.

### §. 45.

*Qui omnes eruditi cuiusdam doctrinas tanquam veras adsumit easque defendit, ideo nondum est eius sectator* (§. 43.).

### §. 46.

Sunt etiam eruditi pro veritatum quorum cognitione instructi differentia, vel *Eruditi Pragmatici* (brauchbare Gelehrte) qui veritatum pragmaticarum (§. 15.) cognitione instructi, vel tales qui veritatum quidem, sed talium quae pragmaticae non sunt, cognitione instructi.

### §. 47.

Tandem etiam eruditi diuiduntur in *eruditos primi ordinis seu Inuentores* qui habitu veritates adhuc latentes inueniendi

niendi pollut, & eruditos secundi ordinis, qui illo non pollut.

§. 48.

*Cuiuscunque generis eruditii possunt esse inuentores.*

§. 49.

*Studere* dicitur qui eruditionis cognitioni acquirendae operam dat, & is qui studet dicitur *Studioſus*; hincque *Studioſus* nondum *eruditus* est, sed talis fieri vult, & differunt *Studioſi* pro diuerſitate partium eruditionis cuius cognitioni acquirendae operam dant.

*SECT. II.*

DE

*PARTIBVS ERVDITIONIS.*

TIT. I.

DE PARTIBVS ERVDITIONIS  
IN GENERE.

§. 50.

*Quaelibet eruditionis pars dicitur disciplina.*

§. 51.

*Divisio eruditionis secundum quatuor sic dictas facultates in Theologiam, Iurispru-*

*risprudentiam, Medicinam & Philo-  
phiam non est adaequata.*

DIETERICVS de non adaequata eruditio-  
nis in quatuor facultates diuisione.

### §. 52.

*Adaequata etiam non est diuiso eru-  
ditionis secundum artium differentiam,  
prout vel liberales vel illiberales sunt  
(§. 32.).*

### §. 53.

Optima vero, & maxime adaequata,  
est eruditionis diuiso secundum verita-  
tum quaे ad eruditionem pertinent dif-  
ferentiam: ita vt pro ea veritatum diffe-  
rentia vi cuius vel singulares vel vniuer-  
sales sunt (§. 13.) duae generales totius eru-  
ditionis disciplinae constituantur HISTO-  
RIA & ERUDITIO DOGMATICA

### §. 54.

Est vero *Historia* disciplina (§. 50.)  
quac continet veritates singulares (§. 13.),  
de cuius partibus (*Tit. 2.*) agendum.

### §. 55.

Ei opposita *Eruditio dogmatica* est  
disciplina (§. 50.) quac continet veritates  
vniuersales (§. 13.).

### §. 56.

§. 56.

Eruditio dogmatica iterum abit in duas disciplinas generales, quarum altera continet veritates de quantitate rerum & dicitur MATHEMATICIS, (*Tit. 3.*) specialius pertractanda, altera vero veritates de ceteris rerum affectionibus praeter quantitatem, & dicitur PHILOSOPHIA IN SENSU LATIORI SIC DICTA.

§. 57.

Philosophia in sensu latiori sic dicta duabus constat disciplinis PHILOSOPHIA IN SPECIE SIC DICTA, cuius specialior pertractatio (*Tit. 4.*) constituit, & ERUDITIONE POSITIVA, prout veritates quae ad philosophiam in sensu latiori sic dictam pertinent vel veritates naturales (*§. 19.*) sunt, vel veritates positivae (*§. 19.*)

§. 58.

Positiva eruditio tribus absoluitur disciplinis PHILOLOGIA, THEOLOGIA POSITIVA, & IURISPRUDENTIA POSITIVA, quarum ista (*Tit. 5.*), illa (*Tit. 6.*), haec (*Tit. 7.*) sibi vindicabit.

## TIT. II.

## DE HISTORIA EIVSQVE PARTIBVS.

## §. 59.

**F**actum dicitur in genere omnis actio agentis per quam aliquid extra se existentiae dat.

## §. 60.

*In quolibet facto a se inuicem distinguuntur factum ipsum, & modus qui in agendo ab agente obseruatur, qui si determinatus est, doctrinae gratia cum Institutum appellare liceat.*

## §. 61.

*Ritus sunt actiones determinato modo edendae, formula vero est oratio quoad ipsa verba determinata.*

## §. 62.

*Ritus & formulae pertinent ad instituta (§. 61, 60.).*

## §. 63.

*Antiquitates sunt complexus veritatum de institutis (§. 60.) quae non amplius in usu sunt.*

## §. 64

§. 64.

*Historia ambitu suo continet facta, tam ipsa, quam instituta, eorumque speciem, antiquitates (§. 59, 13, 54, 63.).*

§. 65.

*Historia, quae vasto ambitu suo complectitur omnes singulares veritates quotquot earum ad eruditionem pertinent, duabus partibus generalibus constat, nemirum HISTORIA IN SPECIE SIC DICTA, & HISTORIA ANTIQVARIA.*

§. 66.

*Historia in specie sic dicta est pars historiae quae continet reliquas veritates singulares praeter antiquitates.*

§. 67.

*Historia antiquaria est pars historiae quae continet antiquitates (§. 63.).*

§. 68.

*Historia in specie sic dicta subdividitur in HISTORIAM ENTIVM SIMPLICIVM & HISTORIAM ENTIVM COMPOSTORVM seu CORPORVM, quarum illa*

B 2 . . . . . veri-

veritates singulares de entibus simplicibus, haec veritates singulares de corporibus continet.

### §. 69.

**Historia** entium simplicium tot partibus constat, quot dantur diuersa entia simplicia, vnde oritur eius subdivisio in **HISTORIAM DEI, HISTORIAM ANIMALVM HUMANARVM, HISTORIAM ENTIVM RATIONALIVM PRAETER DEVUM ET HOMINEM, & HISTORIAM ANIMARVM BRVTORVM.**

### §. 70.

*Historia Dei* est pars historiae quae continet actiones quarum auctor est Deus.

### §. 71.

*Historia animalium humanarum* est pars historiae quae continet actiones quarum auctores sunt homines.

### §. 72.

*Historia* entium rationalium praeter Deum & hominem est pars historiae quae continet actiones quarum auctores sunt entia

teria rationalia praeter Deum & hominem.

§. 73.

*Historia animarum brutorum* est pars historiae quae continet actiones quarum auctores sunt bruta.

§. 74.

Inter has historiae partes varias admittit subdivisiones *historia animarum humanarum*, quippe quae in PSYCHOLOGIAM EMPIRICAM & HISTORIAM SECUNDUM EXCELENTIAM ITA DICTAM subdividitur.

§. 75.

*Psychologia empirica* est pars historiae quae continet actiones hominum internas.

§. 76.

*Historia secundum excellentiam ita dicta* est pars historiae quae continet actiones hominum externas.

§. 77.

Quamvis *Psychologia empirica* sit pars historiae, vitio tamen verti nequit

*philosophis quod hanc arduam bisteriae partem ad suum traxerint forum.*

§. 78.

Historia secundum excellentiam ita dicta iterum varias continet partes, quae sunt HISTORIA ECCLESIASTICA, HISTORIA CIVILIS, HISTORIA LITERARIA, & HISTORIA ARTIVM, quae oriuntur determinando obiectum circa quod versantur actiones hominum externae.

§. 79.

*Historia ecclesiastica* est pars historiae secundum excellentiam ita dictae, quae continet veritates quae religionem ipsam concernunt.

Dicatur de differentia inter historiam sacram & ecclesiasticam, quam nonnulli tradunt.

§. 80.

*Historia civilis* est pars historiae secundum excellentiam sic dictae, quae continet veritates quae statum publicum reipublicae tam internum quam externum concernunt.

§. 81.

§. 81.

*Historia litteraria* est pars historiae secundum excellentiam sic dictae, quae continent veritates quae eruditionem concernunt.

§. 82.

*Historia artium* est pars historiae secundum excellentiam sic dictae quae continent veritates quae artes (§. 32.), quotquot earum ad eruditionem non pertinent, concernunt.

Dicatur de diuisione historiae in vniuersalem & particularem.

§. 83.

*Singulae historiae secundum excellentiam sic dictae partes iterum in partes possunt diuidi, quas omnes tamen recensere frustraneum esset, sive de iis tantum hic specialius agendum erit, quae specialius expendi merentur.*

§. 84.

Diuidi vero solet historia ecclesiastica in HISTORIAM ECCLESIASTICAM VETERIS TESTAMENTI, & HISTORIAM ECCLESIASTICAM NOVI TESTAMENTI,

TI, cuius diuisionis sensus statim terminis auditis est manifestus.

**§. 85.**

Historia civilis autem ex diuersis dividendi fundamentis in varias diuiditur partes, nimirum in HISTORIAM CIVILEM IN SPECIE SIC DICTAM, & NOTITIAM STATVS; ut & in HISTORIAM HISPANICAM, GERMANICAM, GALLICAM &c. quae ultima diuisio per se clara.

**§. 86.**

Est vero *bistoria civilis in specie sic dicta* ea pars historiae civilis quae continet facta (§. 59.), quae statum publicum tam internum quam externum eoncernunt; cum *Notitia status* sit ea pars historiae ciuilis quae continet reliquas veritates singulares quae statum publicum vel internum vel externum concernunt.

**§. 87.**

Solemitates quae in inaugurationibus Imperatorum seu Regum eorumque coniugum obseruantur, origo & progressus reipublicae, modus summum imperium admi-

administrandi, natura regionis, ciuum  
niores, membrorum reipublicae intercasses  
diuisiones, omniaque instituta quotquot  
eorum adhuc in usu sunt, pertinent ad  
notitiam status (§. 86. 59. 13.).

§. 88.

Historia litteraria, itidem ex diversis  
dividendi fundamentis in varias dividit  
ur partes, veluti in BIOGRAPHIAM,  
BIBLIOGRAPHIAM & HISTORIAM LIT-  
TERARIAM IN SPECIE SIC DICTAM,  
ut & in HISTORIAM LETTERARIAM  
THEOLOGICAM, PHILOSOPHICAM,  
HISTORICAM, IURIDICAM &c. de cuius  
ultimae diuisionis sensu statim terminis  
auditis constat.

§. 89.

*Biographia* est pars historiae littera-  
riae, quae continet veritates de vita &  
meritis eruditorum.

§. 90.

*Bibliographia* est pars historiae litte-  
rariae, quae continet veritates descriptis  
eruditorum.

## §. 91.

*Historia litteraria in specie sic dicta* est pars historiae litterariae, quae continet veritates de ipsius eruditionis incrementis & decrementis.

## §. 92.

*Historia artium diuersis constat partibus secundum artium differentiam, & totuplex est quotuplices sunt artes, ad eamque etiam pertinet HISTORIA MACHINARVM, quae theatri machinarum nomine vulgo venit.*

## §. 93.

Est etiam pars quaedam historiae secundum excellentiam sic dictae quae appellatur HISTORIA IURIS, & est pars quaedam historiae secundum excellentiam sic dictae quae pertinet ad historiam ciuilis, & quidem eam eius partem quam historiam ciuilem in specie sic dictam appellauimus (§. 80.).

Dicatur de differentia inter historiam litterariam iuridicam (§. 88.), historiam receptionis iuris peregrini, & historiam iuris; ut & divisione historiae iuris in generalem & specialem.

## §. 94.

§. 94.

Est vero *Historia iuris* pars *historiae ciuilis* in specie sic dictae, quae continet facta quibus leges originem & mutationes debent.

§. 95.

*Historia iuris* tot habet partes sunt diversae leges pro diuersitate rerum publicarum in quibus latae, indeque est quod *historia iuris* dividatur in **HISTORIAM IURIS GERMANICI, ROMANI, GALLICI &c.** quae partes specialiori explicatione non indigent.

§. 96.

*Quamuis historia iuris sit pars historiae, Ictis tamen vitiis verti nequit quod eam ad suum trahant forum.*

§. 97.

*Historiam entium simplicium de cuius partibus hactenus egimus excipit historia entium compositorum seu corporum* (§. 68.), *quae vel IPSA CÖPORA RESPICIT vel EORVM QVALITATES.*

§. 98.

## §. 98.

Prima eius pars quae ipsa corpora respicit, continet HISTORIAM ELEMENTORVM CORPORVM, HISTORIAM FOSSILIVM, HISTORIAM PLANETARVM, & HISTORIAM ANIMALIVM.

## §. 99.

*Historia elementorum corporum* est pars historiae corporum quae continet veritates descriptionem ignis, aquae, aeris, & terrae sistentes.

## §. 100.

*Historia fossilium* est pars historiae corporum, quae continet veritates corporum motu interno destitutorum descriptionem sistentes.

## §. 101.

*Historia plantarum* est pars historiae corporum quae continet veritates descriptionem corporum motu interno praeditorum, sensatione vero destitutorum, sistentes.

## §. 102.

*Historia animalium* est pars historiae corporum

corporum, quae continet veritates corporum motu interno una cum sensacione praeditorum descriptionem sistentes.

§. 103.

*Historiae fossilium tot dantur partes quo sunt diuersae fossilium species, id quod etiam de plantarum & animalium historia valet.*

§. 104.

Secunda historiae corporum pars quae continet eas veritates quae certas corporum qualitates respiciunt, continet sequentes partes GEOGRAPHIAM HISTORICAM, GENEALOGIAM, HERALDICAM HISTORICAM, ANATOMIAM, CHYMIAM, & PHYSICAM EXPERIMENTALEM.

§. 105.

*Geographia historica* est pars historiae corporum, quae continet veritates globi terrauei pro ratione partium in quas illum vel natura distribuit vel homines descriptionem sistentes.

§. 104.

§. 106.

*Genealogia* est pars historiae corporum, quae continet veritates de eorum ortu.

§. 107.

*Heraldica historia* est pars historiae corporum, quae continet veritates insignium quibus homines utuntur descriptionem sistentes.

V. C. SCHMEIZEL de natura & indole artis heraldicae.

§. 108.

*Anatomia* est pars historiae corporum quae continet veritates de eorum structura.

§. 109.

*Chymia* est pars historiae corporum, quae continet veritates de eorum materia ex qua constant.

§. 110.

*Physica experimentalis* est pars historiae corporum, quae continet veritates de eorum affectionibus per experimenta stabilitatis.

§. 111.

§. 111.

His partibus absolvitur historia in specie sic dicta, vnde iam progredimur ad historiam antiquariam secundam historiae partem generalem (§. 65.), quae in easdem dispesci optime potest partes, iisdem semper mutatis mutandis retentis definitionibus, in quas historia secundum excellentiam sic dicta (§. 87. seqq.) diuisa, sicque diuidenda in **HISTORIAM ANTIQUARIAM ECCLESIASTICAM, CIVILEM, LITTERARIAM, & ARTIVM.**

§. 112.

Historia antiquaria ecclesiastica iterum abit in **HISTORIAM ANTIQUARIAM ECCLESIASTICAM VETERIS TESTAMENTI & NOVI TESTAMENTI;** historia antiquaria civilis in **HISTORIAM ANTIQVARIAM CIVILEM IN SPECIE SIC DICTAM, & HISTORIAM ANTIQVARIAM DE NOTITIA STATVS,** ut & in **HISTORIAM ANTIQVARIAM CIVILEM HISPANICAM, GERMANICAM, GALLICAM &c.**; historia antiquaria litteraria vero non omnes historiac secundum excellentiam sic dictaruntur

litterariae partes admittit, sed potius non nisi pro eruditionis partium **differētia** in **HISTORIAM ANTIQVARIAM** **LITTERARIAM THEOLOGICAM**, **JURIDICAM**, **MEDICAM**, **PHILOSOPHICAM &c.** dispesci potest; quamuis historia antiquaria artum easdem admittat partes, & de ea valeat, quod supra (§. 92.) de historia secundum excellētiam sic dicta artum dictum.

## §. 119.

Datur etiam peculiaris quaedam historiae antiquariae ciuilis & quidem in specie sic dictae pars **HISTORIA ANTIQVARIA IURIS** dicta.

Dicatur de aliorum historiae antiquariae in suas partes distributione, praesertim ea cuius auctor est **S P O N I V S** in *Praef. ad miscellanea crudite antiquitatis*, qui octo historiae antiquiae partes constituit, nimirum **Numismatographiam**, **Epigrammatographiam**, **Architectonographiam**, **Iconographiam**, **Glyptographiam**, **Toreumatographiam**, **Bibliographiam** & **Angelographiam**.

Dicatur etiam de inscriptionibus, annalibus, kalendariis, diplomatis historiae fonti-

fontibus cum ipſa historia non confundendis.

BIERLING de natura & vſu ſtudii antiquitatum.

TIT. III.

DE MATHESI EIVSQVE PARTIBVS.

§. 114.

**Q**uantitas dicitur ea entis affectio, qua ei idem aliquoties inest.

§. 115.

Quantitas est vel *pura*, quae etiam dicitur *abtracta*, quo nomine venit si consideratur tanquam ens per ſe ſubſtens, vel *impura*, quae etiam dicitur *concreta*, quo nomine venit ſi conſideratur tanquam ens aliis rebus inexistens.

§. 116.

Diuiditur porro quantitas in quantitatem *virtutis* seu *moralem*, quo nomine venit quantitas rerum immaterialium, & quantitatem *molis* seu *physicam*, quo nomine venit quantitas rerum materialium.

C

§. 117.

## §. 117.

Physica quantitas iterum diuiditur in *discontinuam*, quae est quantitas physica quae rebus inest nulla habita extensionis ratione, & *continuam* quae est quantitas physica quae inest extensioni.

## §. 118.

Quantitas discontinua dicitur *Multitudo*, continua dicitur *Magnitudo*.

## §. 119.

*Metiri* idem est ac determinare quoties idem aliquod enti aliquo inest, & idem illud dicitur *mensura*.

## §. 120.

Veritates de quantitate huius vel illius rei non pertinent ad mathefin sed potius ad historiam (§. 54, 13.).

## §. 121.

Mathefin continet veritates regulas metiandi ad rerum quantitatem determinandam mensuras convenientes sistentes (§. 56, 13.).

## §. 122.

*§. 122.*

*Matheseos, quae iuxta superiora (§. 56.) est ea pars eruditionis dogmaticae, quae continet veritates de quantitate rerum, partes generales sunt MATHESIS UNIVERSALIS & MATHESIS SPECIALIS.*

*§. 123.*

*Mathesis universalis est pars mathe- seos, quae continet veritates regulas metiendi generales ad omnium quantitatum determinandam mensuras sufficientes sistentes.*

*§. 124.*

*Mathesis specialis est pars mathe- seos, quae continet veritates regulas metiendi speciales certarum rerum quantitatem sistentes.*

*§. 125.*

*Mathesis specialis duabus generalibus constat partibus, quarum altera MATHESIS DYNAMICA, altera MATHESIS PHYSICA audit.*

*§. 126.*

*Mathesis dynamica dicitur ea pars mathe- seos specialis, quae continet veri-*

**C a t a l o g u e**

tates regulas metiendi quantitatem virtutis seu moralem (§. 116.) sistentes.

## §. 127.

*Mathesis physica* dicitur ea pars matheseos specialis, quae continet veritates regulas metiendi quantitatem molis seu physicam (§. 116.) sistentes.

## §. 128.

Mathesis physica subdividenda est in duas partes generales, quarum una MATHESIS PURA altera MATHESIS APPLICATA dicitur.

## §. 129.

*Mathesis pura* est pars matheseos physicae, quae continet veritates regulas metiendi quantitatem puram (§. 115.) sistentes.

## §. 130.

*Mathesis applicata* dicatur ea pars matheseos physicae, quae continet veritates regulas metiendi quantitatem impuram (§. 115.) sistentes.

## §. 131.

Matheseos purae partes sunt ARITHMETICA & GEOMETRIA.

Dicatur de Trigonometria.

§. 131.

*Arithmetica* est pars matheseos purae, quae continet veritates regulas metiendi quantitatem discontinuam (§. 117.) seu multitudinem (§. 118.) sistentes.

§. 132.

*Geometria* est pars matheseos purae, quae continet veritates regulas metiendi quantitatem continuam (§. 117.) seu magnitudinem (§. 118.) sistentes.

§. 133.

Arithmeticae partes sunt ARITHMETICA VULGARIS & ALGEBRA, Geometriae vero GEOMETRIA VULGARIS & SUBLIMIOR.

§. 134.

Dicatur de Rectimetria, Planimetria & Solidimetria.

§. 135.

*Arithmetica vulgaris* est pars arithmeticae, quae continet veritates regulas metien-

metiendi quantitatēm discontinuam determinatam sistentes.

## §. 136.

*Algebra* est pars arithmeticæ, quæ continet veritates regulas metiendi quantitatēm discontinuam indeterminatam sistentes.

## §. 137.

*Geometria vulgaris* est pars geometriæ, quæ continet veritates regulas metiendi quantitatēm continuam in extrebris rectilineis sistentes,

## §. 138.

*Geometria sublimior* est pars geometriæ, quæ continet veritates regulas metiendi quantitatēm continuam in extrebris curvilineis sistentes.

## §. 139.

*Mathesis applicata* tot. constat partibus, quot dantur diuersae quantitatū impuriarum species ad quae matheseos purae dogmata diuerso modo applicandæ; inter quas nostro aeuo præfertim exultac **MECHANICA, OPTICA, PYROTECHNIA,**

**HYDRO-**

HYDRODYNAMICÆ, AEROMETRIA,  
ASTRONOMIA, GEOGRAPHIA MATHE-  
MATICA, CHRONOLOGIA, GNOMONI-  
CA, PERSPECTIVA, ARCHITECTVRA.

§. 140.

*Mechanica* est pars matheſeos applicatae, quae continet veritates regulas metiendi quantitatem quae inest motui per machinas productoſtientes.

§. 141.

*Optica* est pars matheſeos applicatae, quae continet veritates regulas metiendi quantitatem quae inest luminiſtientes.

§. 142.

*Pyrotechnia* est pars matheſeos applicatae, quae continet veritates regulas metiendi quantitatem quae inest motu per ignem productoſtientes.

§. 143.

*Hydrodynamica* est pars matheſeos applicatae, quae continet veritates regulas metiendi quantitatem quae inest motui per aquam & reliqua corpora fluida non elatistica productoſtientes.

## §. 144.

*Aerometria* est pars matheſeos applicatae, quae continent veritates regulas metiendi quantitatem quae inest motui per aerem producto ſiſtentes.

## §. 145.

*Aſtronomia* est pars matheſeos applicatae, quae continent veritates regulas metiendi quantitatem quae inest corporibus coeleſtibus ſiſtentes.

## §. 146.

*Geographia mathematiſca* est pars matheſeos applicatae, quae continent veritates regulas metiendi quantitatem quae inest telluri ſiſtentes.

## §. 147.

*Chronologia* est pars matheſeos applicatae, quae continent veritates regulas metiendi quantitatem quae inest temporis ſiſtentes.

## §. 148.

*Gnomonica* est pars matheſeos applicatae, quae continent veritates regulas metiendi quantitatem temporis praefentis per horologium ſolare ſiſtentes.

## §. 149.

§. 149.

*Perspectiva* est pars matheſeos applicatae, quae continent veritates regulas metiendi quantitatem rerum oculo apparentem in data distantia & in data altitudine ſiſtentes.

§. 150.

*Architectura* est pars matheſeos applicatae, quae continent veritates regulas metiendi quantitatem quatenus in aedificiorum exſtructione conſideranda ſiſtentes.

§. 151.

Ex hiſ recenſitiſ matheſeos applicatae partibus nonnullae in partes ſubdiuiduntur, de quibus iam ſpecialius agendum.

§. 152.

Optica conſtat tribus partibus. OPTICA IN SPECIE SIC DICTA, CATOPTRICA & DIOPTRICA.

§. 153.

*Optica in specie ſic dicta* est pars opticae, quae continent veritates regulas metiendi quantitatem motus quae in eſt lumi per ſe ſpectato ſiſtentes.

C 5.

§. 154.

## §. 154.

*Catoptrica* est pars optice, quae continet veritates regulas metiendi quantitatem motus quae inest lumini mediante reflexione sistentes.

## §. 155.

*Dioptrica* est pars opticae, quae continet veritates regulas metiendi quantitatem motus quae inest lumini mediante refractione sistentes.

## §. 156.

*Hydrodynamica* sub se tanquam partes continet HYDROSTATICAM & HYDRAULICAM.

## §. 157.

*Hydrostatica* est pars hydrodynamicae, quae continet veritates regulas metiendi quantitatem motus qui inest aquae aliisque corporibus fluidis non elasticis extra fluxum constitutis sistentes.

## §. 158.

*Hydraulica* est pars hydrodynamicae, quae continet veritates regulas metiendi quant-

quantitatem motus qui in est aquae aliisque corporibus fluidis non elasticis in fluxu constitutis sistentes.

§. 159.

Architectura in duas abit partes, ARCHITECTVRAM CIVILEM & ARCHITECTVRAM MILITAREM.

§. 160.

*Architectura ciuilis* est pars architecturae, quae continet veritates regulas metiendi quantitatem quatenus in aedificiorum habitationi vel oeconomiae destinatorum exstructione consideranda sistentes.

§. 161.

*Architectura militaris* est pars architecturae, quae continet veritates regulas metiendi quantitatem quatenus in aedificiorum defensione contra hostilitates destinatorum exstructione consideranda sistentes.

§. 162.

Quamvis mathematici partibus mathematicae applicatae varia admisceant que-  
vet

*vel ad historiam vel ad philosophiam in specie sic dictam pertinent, hoc tamen illis virtus verti nequit.*

FROBESIVS de natura & constitutione matheseos.

#### TIT. IV.

### DE PHILOSOPHIA IN SPECIE SIC DICTA EIVSQUE PARTIBVS.

#### S. 163.

Philosophia in specie sic dicta, quae  
fuxta superiora (§. 152.) continet veri-  
tates naturales, dividitur in genere constat  
partibus PHILOSOPHIA THEORETICA  
& PHILOSOPHIA PRACTICA.

#### S. 164.

Philosophia theoretica est pars philo-  
sophiae in specie sic dictae, quae continet  
reliquas veritates ad philosophiam in spe-  
cie sic dictam spectantes, praeter eas quae  
actionum humanarum directionem con-  
cernunt.

#### S. 165.

Philosophia practica est pars philo-  
sophiae in specie sic dictae, quae continet  
veri-

veritates actionum humanarum directio-  
nem concernentes.

§. 166.

Philosophiae theoreticae partes sunt ME-  
TAPHYSICA & PHYSICA DOGMATICA.

§. 167.

*Metaphysica* est pars philosophiae theore-  
ticae, quae continet veritates de  
ente & mundo in genere, ut & de rebus  
immaterialibus.

§. 168.

*Physica* est pars philosophiae theore-  
ticae, quae continet veritates de rebus  
materialibus seu corporibus.

§. 169.

Metaphysica constat tribus partibus  
**ONTOLOGIA, COSMOLOGIA TRAN-  
SCENDENTALI & PNEVMATOLOGIA**

§. 170.

*Ontologia* est pars metaphysicae, quae  
continet veritates de ente in genere.

§. 171.

§. 171.

*Cosmologia transcendentalis* est pars metaphysicae, quae continet veritates de mundo in genere.

§. 172.

*Pneumatologia* est pars metaphysicae, quae continet veritatis de rebus immaterialibus.

§. 173.

Pneumatologia iterum in duas abicit partes PSYCHOLOGIAM RATIONALEM & THEOLOGIAM NATVRALEM.

§. 174.

*Psychologia rationalis* est pars pneumatologiae, quae continet veritates de anima.

§. 175.

*Theologia naturalis* est pars pneumatologiae, quae continet veritates de deo.

§. 176.

Physica dividitur generatim in PHYSICAM GENERALEM & PHYSICAM SPECIALEM.

§. 177.

§. 177.

*Physica generalis* est pars physicae, quae continet veritates corpora in genere concernentes.

§. 178.

*Physica specialis* est pars physicae, quae continet veritates hanc vel illam corporum speciem concernentes.

§. 179.

Physicae specialis partes tot sunt, quot sunt diuersa corporum genera ex quibus nonnullae peculiaribus nominibus insigniuntur, quales sunt COSMOLOGIA PHYSICA, ORYCTOLOGIA, PHYTOLOGIA, PHYSIOLOGIA.

§. 180.

*Cosmologia physica* est pars physicae specialis, quae continet veritates elementa corporum concernentes (§. 99.).

§. 181.

*Oryctologia* est pars physicae specialis, quae continet veritates fossilia concernentes (§. 100.).

§. 182.

§. 182.

*Phytologia* est pars physicae specialis, quae continet veritates plantas concernentes (§. 101.).

§. 183.

*Physiologia* est pars physicae specialis, quae continet veritates corpora animata concernentes (§. 102.).

§. 184.

*Cosmologia* physica subdividitur in **STOICHEIOGRAPHIAM & METEORLOGIAM.**

§. 185.

*Stoicheiographia* est pars cosmologiae physicae, quae continet veritates quatuor corporum elementa sigillatim considerata concernentes.

§. 186.

*Meteorologia* est pars cosmologiae physicae, quae continet veritates meteora, hoc est, corpora quae in atmosphaera generantur, concernentes.

§. 187.

§. 187.

Phytologia subdividitur in BOTANOGIAM & DENDROLOGIAM.

§. 188.

*Botanologia* est pars phytologiae, quae continet veritates herbas concernentes.

§. 189.

*Dendrologia* est pars phytologiae, quae continet veritates arbores concernentes.

§. 190.

Physiologiae partes constituuntur PHYSIOLOGIA IN SPECIE SIC DICTA & PATHOLOGIA.

§. 191.

*Physiologia in specie sic dicta* est pars physiologiae, quae continet veritates corpora animata quoad statum sanum concernentes.

§. 192.

*Pathologia* est pars physiologiae, quae continet veritates corpora animata quoad statum morbi concernentes.

D

§. 193.

**§. 193.**

*Quamvis physiologia in specie sic diēta  
& Pathologia sint partes physicae ad  
medicinam non pertinentes, medicis ta-  
men vicio verti nequit quod eas ad suum  
trahant forum.*

**§. 194.**

Praeter has recensitas physicae partes  
adhuc duae aliae eruditionis partes ad  
physicae partes sunt referendae, nimirum  
**TELEOLOGIA & MEDICINA.**

**§. 195.**

*Teleologia est pars physicae, quae con-  
tinet veritates in quibus fines rerum ex-  
plicantur.*

**§. 196.**

*Medicina est pars physicae, quae con-  
tinet veritates sanitatem corporis humani  
concernentes.*

**§. 197.**

*Medicinae partes duae sunt HYGIEIA  
& THERAPEUTICA.*

**§. 198.**

§. 198.

*Hygieine* est pars medicinae, quae continet veritates sanitatis praesentis conseruationem concernentes.

§. 199.

*Therapeutica* est pars medicinae, quae continet veritates sanitatis amissae restitucionem concernentes.

§. 200.

Hygieine constat duabus partibus HYGIEINE DIAETETICA & HYGIEINE IN SPECIE SIC DICTA.

§. 201.

*Hygieine diaetetica* est pars hygieines, quae continet veritates sanitatis praesentis per diaetam conseruationem concernentes.

§. 202.

*Hygieine in specie sic dicta* est pars hygieines, quae continet veritates sanitatis praesentis per medicamenta conseruationem concernentes.

D 2

§. 203.

**§. 203.**

**Therapeutica altera medicinae pars** (§. 197.) **quinque constat partibus, quae** sunt **METHODVS MEDENDI, MATERIA MEDICA, DIAETETICA THERAPEUTICA, CHIRURGIA & SEMEIOTICA.**

**§. 204.**

*Methodus medendi* est pars therapeuticae, quae continet veritates modum inueniendi ex morbo praesente id, quod rationem sufficientem continet eius, quod in corpore aegro mutari debet ut redeat sanitas.

**§. 205.**

*Materia medica* est pars therapeuticae, quae continet veritates medicamentorum facultates concernentes.

**§. 206.**

*Diaetetica therapeutica* est pars therapeuticae, quae continet veritates de facultatibus esculentorum potulentorumque, quatenus morbos corporis humani nec augent nec alunt sed potius depellunt.

**§. 207.**

*Chirurgia* est pars therapeuticae, quae continet veritates de modo sanitatem per morbos

morbos corporis partes externas adficien-  
tes amissam restituendi.

§. 208.

*Semeiotica* est pars medicinae thera-  
peuticae, quae continet veritates de signis  
per quae diuersi morbi a se inuicem di-  
stingui possunt.

§. 209.

Philosophiae in specie sic dictae secun-  
da pars quae sub philosophiae practicae  
nomine venit (§. 163.), duabus absolu-  
tur partibus LOGICA & PHILOSOPHIA  
PRACTICA IN SPECIE SIC DICTA.

§. 210.

*Logica* est pars philosophiae practicae,  
quae continet veritates directionem fa-  
cultatis animae cognoscitiae concer-  
nentes.

§. 211.

*Philosophia practica in specie sic dicta*  
est pars philosophiae practicae, quae con-  
tinet veritates directionem facultatis ap-  
petitiuae concernentes.

## §. 212.

**Philosophia practica in specie sic dicta**  
**IVRISPRVDENTIAM NATVRALEM,**  
**PHILOSOPHIAM MORALEM & PHI-**  
**LOSOPHIAM PRACTICAM VNIVER-**  
**SALEM tanquam partes sub se continet.**

## §. 213.

*Iurisprudentia naturalis* est pars phi-  
 losophiae prácticae in specie sic dictae,  
 quae continet veritates iura & obligatio-  
 nes concernentes.

## §. 214.

*Philosophia moralis* est pars philo-  
 sophiae prácticae in specie sic dictae, quae  
 continet veritates de modo efficiendi ut  
 actiones iuribus & obligationibus confor-  
 miter dirigantur.

## §. 215.

*Philosophia practica uniuersalis* est  
 pars philosophiae prácticae in specie sic  
 dictae, quae continet veritates genera-  
 lissimas de directione facultatis appeti-  
 tiuae.

## §. 216.

§. 216.

Iurisprudentiae naturalis partes sunt  
IVRISPRUDENTIA NATURALIS THEO-  
RETICA, IVRISPRUDENTIA NATU-  
RALIS PRACTICA & IVRISPRUDEN-  
TIA NATURALIS AD IMPERANTES  
APPLICATA.

§. 217.

*Iurisprudentia naturalis theoretica*  
est pars iurisprudentiae naturalis, quae  
ipsa iura ipsasque obligationes continet.

§. 218.

*Iurisprudentia naturalis practica* est  
pars iurisprudentiae naturalis, quae con-  
tinet veritates de modo negotia quae  
iura & obligationes concernunt expe-  
diendi.

§. 219.

*Iurisprudentia naturalis ad impe-  
rantes applicata* est pars iurisprudentiae  
naturalis, quae continet veritates de pe-  
culiaribus imperantium iuribus & obli-  
gationibus.

## §. 220.

*Iurisprudentia naturalis theoretica* tribus constat partibus **IURISPRUDENTIA NATURALI PRIVATA**, **IURISPRUDENTIA NATURALI PUBLICA** & **IURISPRUDENTIA NATURALI GENTIVM.**

## §. 221.

*Iurisprudentia naturalis privata*, quae etiam *iurisprudentia naturalis ethica* appellatur, est pars iurisprudentiae naturalis theoreticae, quae continet iura & obligationes hominum extra rem publicam viuentium.

## §. 222.

*Iurisprudentia naturalis publica*, quae etiam *iurisprudentia naturalis politica* ut & *iurisprudentia publica vniuersalis* appellatur, est pars iurisprudentiae naturalis, quae continet iura & obligationes inter subditum & superiorem.

## §. 223.

*Iurisprudentia gentium naturalis* est pars iurisprudentiae naturalis theoreticae,

ticae, quae continet iura & obligationes gentium inter se;

§. 224.

Iurisprudentiae naturalis priuata tres sunt partes IURISPRUDENTIA NATURALIS PRIVATA POLITICA, IURISPRUDENTIA NATURALIS PRIVATA ECCLESIASTICA, IURISPRUDENTIA NATURALIS PRIVATA FEUDALIS.

§. 225.

*Iurisprudentia naturalis priuata politica* est pars iurisprudentiae naturalis priuatae, quae continet iura & obligationes hominum extra rempublicam viuentium, quae nec religionem nec feuda concernunt.

§. 226.

*Iurisprudentia naturalis priuata ecclesiastica* est pars iurisprudentiae naturalis priuatae, quae continet iura & obligationes hominum extra rempublicam viuentium, quae religionem concernunt.

## §. 227.

*Iurisprudentia naturalis priuata feudalis* est pars iurisprudentiae naturalis priuatae, quae continet iura & obligaciones hominum extra rempublicam viuentium quae feuda concernunt.

## §. 228.

*Iurisprudentia naturalis publica eadem* quam priuata admittit subdiuisiōnem, hincque itidem eius partes sunt  
**IVRISPRVDENTIA NATVRALIS PVBLICA POLITICA, IVRISPRVDENTIA NATVRALII PVBLICA ECCLESIASTICA, IVRISPRVDENTIA NATVRALIS PVBLICA FÉVDALIS.**

## §. 229.

*Iurisprudentia naturalis publica politica* est pars iurisprudentiae naturalis publicae, quae continet iura & obligaciones inter subditum & superiorem quae nec religionem nec feuda concernunt.

## §. 230.

*Iurisprudentia naturalis publica ecclasiastica* est pars iurisprudentiae naturalis

ralis publicae, quae continet iura & obligations inter subditum & superiorem quae religionem concernunt.

§. 231.

*Iurisprudentia naturalis publica feudalis* est pars iurisprudentiae naturalis publicae, quae continet iura & obligations inter subditum & superiorem quae feuda concernunt.

§. 232.

Eodem etiam modo iurisprudentia naturalis gentium in tres dispesci potest partes, quae sunt IVRISPRVDENTIA NATVRALIS GENTIVM POLITICA, IVRISPRVDENTIA NATVRALIS GENTIVM ECCLESIASTICA, IVRISPRVDENTIA NATVRALIS GENTIVM FEUDALIS.

§. 233.

*Iurisprudentia naturalis gentium politica* est pars iurisprudentiae naturalis gentium, quae continet iura & obligations gentium inter se, quae nec religionem nec feuda concernunt.

§. 234.

## §. 234.

*Iurisprudentia naturalis gentium ecclastica* est pars iurisprudentiae naturalis gentium, quae continet iura & obligationes gentium inter se quae religionem concernunt.

## §. 235.

*Iurisprudentia naturalis gentium feudal*is quae est pars iurisprudentiae gentium naturalis, quae continet iura & obligationes gentium inter se quae feuda concernunt,

## §. 236.

*Iurisprudentia naturalis practica*, secunda iurisprudentiae naturalis pars generalis (§. 216.), duabus tota absolutur partibus, videlicet **IVRISPRUDENTIA NATURALI PRACTICA AMICABILI**, vel si maius **PACIFICA**, & **IVRISPRUDENTIA NATURALI PRACTICA HOSTILI**, seu si maius **BELLICA**.

## §. 237.

*Iurisprudentia naturalis practica pacifica* est pars iurisprudentiae naturalis practi-

practicae, quae continet veritates de modo quo negotia quae iura & obligationes concernunt sine vi vero peragenda, expedienda sunt.

§. 238.

*Iurisprudentia naturalis practica bellica* est pars iurisprudentiae naturalis practicae, quae continet veritates de modo quo negotia quae iura & obligationes concernunt & vi peragenda expedienda sunt.

§. 239.

*Iurisprudentia naturalis ad imperantes applicata tot veritates non continet,* ut illam in partes iterum distribui necesse sit.

§. 240.

Philosophiae moralis partes sunt ETHICA, POLITICA & SCIENTIA RATIONIS STATUS.

§. 241.

*Ethica* est pars philosophiae moralis, quae continet veritates de modo efficiendi ut homines extra rem publicam viventes

uentes iuribus & obligationibus conformiter actiones suas dirigant.

### §. 242.

*Politica* est pars philosophiae moralis, quae continet veritates de modo efficiendi ut subditus & superior actiones suas iuribus & obligationibus inter se conformiter dirigant.

### §. 243.

*Scientia rationis status* est pars philosophiae moralis, quae continet veritates de modo efficiendi ut gentes iuribus & obligationibus inter se conformiter actiones suas dirigant.

### §. 244.

Pertinet etiam ad philosophiam moralis ea eruditionis pars quae sub OECNONOMIA nomine venit, estque *Oeconomia* pars philosophiae moralis, quae continet veritates de modo quo efficiendum ut opibus instructi simus.

### §. 245.

*Veritates de opibus huius vel illius hominis aut reipublicae non pertinent ad*

*De philosophia in specie sic dicta &c.* 63

*ad oeconomiam, sed ad historiam* (§. 244,  
§. 56, 55, 54.).

§. 246.

*Oeconomia versatur tam circa res naturales, quam industrielles & artificiales; & agit de opum acquisitione tam, quam de earum conseruatione & administratione* (§. 244.).

§. 247.

*Oeconomiae partes sunt OECONOMIA NATURALIS & OECONOMIA POLITICA.*

§. 248.

*Oeconomia naturalis est pars oeconomiae, quae continet veritates de modo quo efficiendum ut producantur res per quas opibus instructi fieri possumus.*

§. 249.

*Oeconomia politica est pars oeconomiae, quae continet veritates de modo quo efficiendum ut opibus instructi siamus.*

§. 250.

## §. 250.

Oeconomia naturalis commode ad tres reduci potest partes, OECONOMIAM RUSTICAM, OECONOMIAM OPIFICIARIAM & OECONOMIAM MERCATORIAM,

## §. 251.

*Oeconomia rustica* est pars oeconomiae naturalis, quae continet veritates de modo quo efficiendum ut per rem agrariam, pecuariam & rerum quas terra in se continet ab ea separationem, producantur res per quas opibus instructi fieri possimus.

## §. 252.

*Oeconomia opificiaria* est pars oeconomiae naturalis, quae continet veritates de modo quo efficiendum ut per opificum operas res ita formentur prout indigentia humana requirit.

## §. 253.

*Oeconomia mercatoria* est pars oeconomiae naturalis, quae continet veritates de modo quo efficiendum ut mediantibus

tibus commerciis res praesto sint quibus homines indigent.

§. 254.

Oeconomia politica diuiditur in OECO-  
NOMIAM PRIVATAM & OECONO-  
MIAM PVBLICAM.

§. 255.

*Oeconomia priuata* est pars oeconomiæ politicae, quae continet veritates de modo quo efficiendum ut homines, quatenus eorum priuata conditio exigit, opibus instructi fiant.

§. 256.

*Oeconomia publica* quae etiam dicitur *Oeconomia cameralis* est pars oeconomiæ politicae, quae continet veritates de modo quo efficiendum, ut respublica opibus instructa fiat,

§. 257.

Oeconomia priuata iterum in duas abit partes, quarum alteram OECONOMIAM PRIVATAM PRIVATORVM, alteram OECONOMIAM PRIVATAM PRINCIPIS appello.

E

§. 258.

## §. 258.

*Oeconomia priuata priuatorum* est pars oeconomiae priuatae, quae continet veritates de modo quo efficiendum, ut priuati, quatenus eorum priuata conditio exigit, opibus instructi fiant.

## §. 259.

*Oeconomia priuata principis* est pars oeconomiae priuatae, quae continet veritates de modo efficiendi ut princeps quoad priuatam suam conditionem opibus instructus fiat.

ANASTASII SINCERI Projekt der Oeconomie in Form einer Wissenschaft.

## §. 260.

Philosophiae practicae vniuersalis partes sunt PHILOSOPHIA PRACTICA VNIIVERSALIS THEORETICA & PHILOSOPHIA PRACTICA VNIIVERSALIS PRACTICA.

## §. 261.

*Philosophia practica vniuersalis theoretica* est pars philosophiae practicae vniuersalis, quae continet principia generallissima iurisprudentiac naturalis.

## §. 262.

§. 262.

*Philosophia practica uniuersalis prædicta* est pars philosophiae practicae uniuersalis, quae continet principia generallissima philosophiae moralis.

TIT. V.

DE PHILOLOGIA EIVSQVE  
PARTIBVS.

§. 263.

*Philologia* est pars eruditionis positivae, quae continet veritates signa ab hominibus recepta concernentes.

§. 264.

*Veritates de significatu huius vel illius vocabuli, linguarum speciebus, eorum origine, incrementis et decrementis et quae sunt similia, ut et veritates de natura vocabulorum et sermonis, non pertinent ad philologiam: sed potius priores ambitu suo complectitur historia* (§. 54. 13.) ; *postiores vero philosophia in specie sic dicta* (§. 57, 19.).

E 2

§. 265.

**§. 265.**

Tota philologia duabus absoluitur partibus, quarum alteram PHILOLOGIAM THEORETICAM, alteram ARTEM CRITICAM appello.

**§. 266.**

*Philologia theoretica* est pars philologiae, quae continet veritates de recto signorum usu.

**§. 267.**

*Ars critica* est pars philologiae, quae continet veritates de modo signa vera a falsis discernendi.

**§. 268.**

Philologiae theoreticae partes sunt  
PHILOLOGIA IN SPECIE SIC DICTA  
& HERALDICA DOGMATICA.

**§. 269.**

*Philologia in specie sic dicta* est pars philologiae theoreticae, quae versatur circa vocabula in sermone adhibenda.

**§. 270.**

§. 270.

*Heraldica dogmatica* est pars philologiae theoreticae, quae versatur circa insignia quibus homines utuntur.

§. 271.

Philologiae in specie sic dictae partes sunt GRAMMATICA, RHETORICA & ARS POETICA.

§. 272.

*Grammatica* est pars philologiae in specie sic dictae, quae continet veritates de recta vocabulorum flexione, & modo ex vocabulis orationem componendi.

§. 273.

*Rhetorica* est pars philologiae in specie sic dictae, quae continet veritates de modo apte & ornate orationes solutas componendi.

§. 274.

*Ars poetica* est pars philologiae in specie sic dictae, quae continet veritates de modo apte & ornate orationes ligatas componendi.

E 3

§. 275.

## §. 275.

Peculiaris quaedam artis criticae pars est ARS DIPLOMATICA, quae continet veritates de modo diplomata falsa a spuriis discernendi.

AYRMANNI idea philologiae & studii philologici.

## TIT. VI.

DE THEOLOGIA POSITIVA EIVS-  
QVE PARTIBVS.

## §. 276.

**T**heologia positiva quae etiam appellatur *reuelata*, est pars eruditionis positivae, quae continet veritates de deo.

## §. 277.

*Theologia differt pro diuersitate religionum, ita ut tot dentur theologiae positivae diuersae species quot dantur diuersae religiones. Sunt tamen partes sequentes omnibus theologiae positivae species communes.*

## §. 278.

§. 278.

Theologiae partes sunt THEOLOGIA THEORETICA & THEOLOGIA PRACTICA.

§. 279.

*Theologia theoretica* est pars theologiae, quae ipsas deo veritates continet.

§. 280.

*Theologia practica* est pars theologiae, quae continet veritates de modo quo membra ecclesiae de veritatibus ipsis deo instruenda.

§. 281.

Theologia theoretica tanquam partes sub se continet THEOLOGIAM THEATICAM seu DOGMATICAM, THEOLOGIAM POLEMICAM, THEOLOGIAM EXEGETICAM & THEOLOGIAM MORALEM.

§. 282.

*Theologia thetica* seu *dogmatica* est pars theologiae theoreticae, quae con-

tinet ipsas deo veritates in se spe-  
ctatas.

### §. 283.

*Theologia exposita* est pars theolo-  
giae theoreticae, quae continet veritates  
de modo per interpretationem scripturae  
sacrae, vel aliae reuelationis, veritates de  
deo ex ea eruendi.

### §. 284.

*Theologia polemica* est pars theologiae  
theoreticae, quae continet resolutionem  
argumentorum quibus aduersarii impug-  
nant veritates deo.

### §. 285.

*Theologia moralis* est pars theologiae  
theoreticae, quae continet veritates de  
modo quo efficiendum, ut homines per  
motiva a deo desumpta actiones suas vo-  
luntati diuinae conformiter dirigant.

### §. 286.

Practicae theologiae partes sunt THEO-  
LOGIA HOMILETICA, & THEOLOGIA  
CATECHETICA.

### §. 287.

§. 287.

*Theologia homiletica* est pars theologiae practicae, quae continet veritates de modo quo membris ecclesiae, in conventibus eum in finem institutis, ipsae deo veritates proponendae.

§. 288.

*Theologia catechetica* est pars theologiae practicae, quae continet veritates de modo quo rudiores informandi elementis ipsarum deo veritatum.

Dicatur de theologia symbolica & patriistica.

TIT. VII.

DE IURISPRUDENTIA POSITIVA  
EIVSQVE PARTIBVS.

§. 289.

*Iurisprudentia positiva* est pars eruditionis positivae, quae continet veritates iura & obligationes concernentes.

§. 290.

*Ad iurisprudentiam positivam non omnia iura omnesque obligationes pertinent,*

*nent, sed tantum iura & obligationes quae voluntas entis rationalis constituit (§. praec. 57, 19.).*

### §. 291.

*Non solum iura & obligationes quae in Imperio Romano-Germanico obtinent, sed etiam quae in aliis rebus publicis obtinent, ad iuris prudentiam positivam pertinent; unde oriuntur species iuris prudentiae positivae, prout vel banc vel illam rem publicam ponis.*

### §. 292.

*Iuris prudentia positiva Imperii Romano-Germanici, quae inter has species eminet, iterum in duas abit species, prout iura & obligationes quas continet vel per totum Imperium Romano-Germanicum obtinent, vel tantum in hac vel illa provincia Imperii Romano-Germanici, & prior species dicitur *Iuris prudentia positiva Imperii Rom. Germ. communis*, posterior vero *Iuris prudentia positiva Imperii Rom. Germ. specialis*.*

Dicatur de vsu huius divisionis quoad alias species iuris prudentiae positivae.

### §. 293.

§. 293.

*Etsi iurisprudentia positiva differat pro diuersitate rerum publicarum, possunt tamen partes eius ita constitui, ut in qualibet iurisprudentiae positivae specie partes tales locum habeant. Id quod ex nostra in sequentibus facta diuisione patet.*

§. 294.

Sunt vero partes iurisprudentiae positivae **IVRISPRVDENTIA POSITIVA GENERALIS, IVRISPRVDENTIA POSITIVA THEORETICA, IVRISPRVDENTIA POSITIVA PRACTICA, & IVRISPRVDENTIA POSITIVA AD IMPERANTES APPLICATA.**

§. 295.

*Iurisprudentia positiva generalis* est pars iurisprudentiae positivae, quae continet veritates generalissimas de iuribus & obligationibus.

Dicatur de conuenientia & disconuenientia iurisprudentiae positivae generalis & philosophiae practicae vniuersalis (§. 215.).

§. 296.

**§. 296.**

*Iurisprudentia positiva theoretica* est pars iurisprudentiae theoreticae, quae continet ipsa iura ipsasque obligationes.

**§. 297.**

*Iurisprudentia positiva practica* est pars iurisprudentiae positivae, quae continet veritates de modo negotia quae iura & obligationes concernunt, expediendi.

**§. 298.**

*Iurisprudentia positiva ad Imperantes applicata* est pars iurisprudentiae positivae, quae continet veritates de peculiariis Imperantium iuribus & obligationibus.

**§. 299.**

*Iurisprudentiae positivae theoreticae partes* sunt **IVRISPRVENTIA POSITIVA PRIVATA, IVRISPRVENTIA POSITIVA PUBLICA & IVRISPRVENTIA POSITIVA GENTIVM.**

**§. 300.**

§. 300.

*Iurisprudentia positiva priuata est pars iurisprudentiae positivae theoreticae, quae continet iura & obligationes subditorum inter se.*

§. 301.

*Iurisprudentia positiva publica est pars iurisprudentiae positivae theoreticae, quae continet iura & obligationes inter subditum & superiorem.*

§. 302.

*Iurisprudentia positiva gentium est pars iurisprudentiae positivae theoreticae, quae continet iura & obligationes gentium inter se.*

§. 303.

*Iurisprudentiae positivae priuatae & publicae partes conueniunt cum partibus iurisprudentiae naturalis priuatae & publicae de quibus supra (§. 224-231.) dictum; nisi de iurisprudentia positiva reipublicae talis in qua feuda ignoramus sit sermo, quo casu nec iurisprudentia*

*tia positiva priuata nec publica feudalis locum habet.*

§. 304.

Iurisprudentia positiva gentium vero duabus constat partibus, quae sunt **IURISPRUDENTIA POSITIVA GENTIVM GENERALIS & IURISPRUDENTIA POSITIVA GENTIVM SPECIALIS.**

§. 305.

*Iurisprudentia positiva gentium generalis* est pars iurisprudentiae gentium positivae, quae continet iura & obligationes quae inter omnes gentes moratas obtinent.

§. 306.

*Iurisprudentia positiva gentium specialis* est pars iurisprudentiae gentium positivae, quae continet iura & obligationes cuius genti proprias.

§. 307.

*Iurisprudentiae positivae gentium specialis,* tot dantur partes quot sunt gentes moratae, eiusque pars est *iurisprudentia positiva gentis germanicae.*

§. 308.

§. 308.

*Tam iurisprudentia positiva gentium generalis quam specialis admittit partes easdem quas iurisprudentia naturalis gentium, de quibus (§. 232-235.) actum; nisi quod iurisprudentia positiva gentium feudalium, feudis gentium defendantibus, deficiat.*

§. 309.

*Iurisprudentiae positivae practicae partes sunt IURISPRUDENTIA POSITIVA PRACTICA IUDICIALIS & IURISPRUDENTIA POSITIVA PRACTICA EXTRAJUDICIALIS.*

§. 310.

*Iurisprudentia positiva practica iudicialis est pars iurisprudentiae positivae practicae, quae continet veritates de modo negotia quae iura & obligationes concernunt iudice concurrente vero expedienda, expediendi.*

§. 311.

*Iurisprudentia positiva practica extrajudicialis est pars iurisprudentiae positivae*

tiuae practicae, quae continent veritates de modo negotia quae iura & obligations concernunt sine iudicis concursu vero expedienda, expediendi.

§. 312.

*Iurisprudentia positiva ad Imperantes applicata, in rebus publicis in quibus tantum unus est imperans summo imperio gaudens, tota absolutur iurisprudentia positiva priuata ad imperantem talem applicata; in rebus publicis vero in quibus plures dantur imperantes qui imperio subordiato tantum gaudent, qualis respublica est Imperium Rom. Germ. tota iurisprudentia tam theoretica quam practica ad imperantes applicari potest, sicque in hoc casu partes iurisprudentiae positivae ad imperantes applicatae, conueniunt cum iam expositis iurisprudentiae partibus.*

**SECT.**

## SECT. III.

DE

METHODO DOCENDI ET  
DISCENDI ERVDITIONEM.

## TIT. I.

## DE METHODO IN GENERE.

§. 313.

**M**ethodus est determinatus modus aliquid peragendi, & in specie methodus erudita est determinatus veritates, quas eruditio continet, tractandi modus.

§. 314.

Ordo quo intradendis veritatibus utimur, & modus veritates illustrandi & probandi pertinent ad methodum.

§. 315.

Est vero ordo veritatum triplex, ordo scholae quo ad idem subiectum spectantia in eundem locum congeruntur, nulla habita ratione quomodo cognitio vnius pendeat a cognitione alterius, ordo naturalis

F

naturalis

*turalis* quo praemittuntur quae sequentibus intelligendis & demonstrandis inseruiunt, *ordo mixtus* quo ea quidem praemittuntur quae sequentibus intelligendis & demonstrandis inseruiunt, hoc tamen non obstante eodem loco pertractantur ad idem subiectum spectantia, quantum regula anterior permittit.

## §. 316.

*Perspicuitas* est perfectio intellectus, qua distinctas notiones habemus, *profunditas* est perfectio intellectus, qua notiones distinctas in alias simpliciores continuo resoluere nouimus, *soliditas* est perfectio intellectus, qua asserta nostra connectere & firmis demonstrationibus corroborare nouimus.

## §. 317.

Methodus diuiditur in *solidam* quae dicit ad perspicuitatem, profunditatem & soliditatem, & *superficiariam* quae nec ad perspicuitatem nec ad profunditatem nec ad soliditatem dicit.

## §. 318.

*Methodus* dicitur *optima* quae ad maximam

ximam perspicuitatem profunditatem & soliditatem dicit.

§. 319.

Dividitur porro methodus in *causalēm* seu *ramisticam*, *dichotomicam*, *eromaticam* aliasque species, inter quas eminet *methodus mathematica*, quae etiam appellatur *demonstrativa*, *scientifica*, *naturalis* & in vernacula die strenge Lehrart, de qua titulo sequenti ex instituto agendum.

Dicatur de methodo auditoribus commoda.

§. 320.

*Methodum esse arbitriariam falsissimum est* (§. 317, 318.).

§. 321.

*Quamvis veritates hac vel alia methodo tradantur ipsae veritates tamen ideo non immutantur* (§. 313.).

## TIT. II.

## DE METHODO MATHEMATICA.

§. 322.

**D**emonstratio est probatio quae con-  
uictionem operatur, estque vel *hi-  
storica* quae fit per indubitata testimonia,  
vel *philosophica* quae fit per ratiocinia  
concatenata.

§. 323.

*Methodus mathematica* dicitur is, se-  
cundum quam non admittuntur termini  
technici nisi accurate definiti, proposicio-  
nes rite determinandae & demonstrandae,  
& ea praenitenda vnde cetera intelli-  
guntur & demonstrantur.

§. 324.

*Sola methodus mathematica dicit ad  
perspicuitatem profunditatem & solidi-  
tatem (§. 323, 316.).*

§. 325.

*Sola methodus mathematica est me-  
thodus solida & reliquae omnes sunt su-  
perficiariae (§. 324, 317.).*

§. 326.

§. 326.

*Methodus mathematica dicit ad cognitionem philosophicam (§. 323, 21.).*

§. 327.

*Eruditus qui methodo mathematica vtitur est eruditus rationalis (§. 326, 38.) nec potest esse sectator (§. 326, 42.).*

§. 328.

*Methodus mathematica inter omnes methodos quae fuerunt sunt & erunt est optima (§. 323, 318.), nec probabile est fore unquam tempus quo haec methodus in desuetudinem abiet.*

§. 329.

*Nulla est disciplina quae respuit methodum mathematicam, sed potius applicatio eius in omnibus disciplinis est possibilis, nec ipsa historia excepta.*

§. 330.

*Si methodus mathematica applicanda in *historia* non nisi demonstrationes historicae adhiberi possunt (§. 54, 13, 322.).*

*Si vero in *disciplina ad eruditionem**

*dogmaticam pertinente applicanda,*  
*quando est matheſis, non niſi demonſtra-*  
*tioſes philoſophicae ſunt adhibendaे*  
*(§. 56, 13, 322.) ; quando vero eſt philo-*  
*ſophia in ſenſu latiori ſic dicta, & quidem*  
*in ſpecie philoſophia in ſpecie ſic dicta*  
*idem valet (§. 57, 19.), quod ſecus eſt*  
*quoad eruditioñem poſitiuam ; in qua*  
*mox philoſophicae mox historicæ de-*  
*demonſtratioſes adhibendaе, prout verita-*  
*tes demonstrandaе vel rationes neceſſa-*  
*rias vel arbitrarias habent (§. 57, 19, 18.).*

## TIT. III.

DE METHODO DOCENDI IN  
GENERE.

## §. 331.

**Q**ui alterum ad veritatum alteri in-  
cognitarum cognitionem perducere  
intendit, is alterum docere dicitur.

## §. 332.

Duplici modo quis alterum docere  
potest, aut per *scripta*, aut per *verba vi-*  
*ua voce prolata.*

## §. 333.

§. 333.

*Docens debet non nisi veritates pragmaticas & foecundas proponere (§. 16.), & quidem ita ut ii quos docet intelligant quae docet, & ad perspicuitatem profunditatem & soliditatem (§. 316.) perducantur.*

§. 334.

*Qui alterum docere vult dono perspicuitatis gaudeat, hincque is demum docere debet qui rem quam docet distinete intelligit.*

§. 335.

*Docens eos quos docet de veritate certos reddere debet, hincque is demum docere debuit qui demonstrare nouit.*

§. 336.

*Docens in docendo uti debet methodo mathematica (§. 328.), ita ut docens qui ea non utitur nec ad profundam nec ad certam cognitionem eos quos docet perducere possit (§. 334.).*

## §. 337.

*Docens de nouis veritatibus inuenienti-  
dis debet esse sollicitus, vt & curam ba-  
bere ut noua aliorum eruditorum inuenta  
sibi innotescant, eaque examinare debet.*

## §. 338.

*Tantum abest docentes inidoneos esse  
qui docendo discunt, modo requisitis do-  
centis sint instructi, vt potius quilibet  
docens docendo discere debeat.*

## TIT. IV.

DE METHODO DOCENDI PER  
SCRIPTA.

## §. 339.

*S*cripta, quotquot eorum dantur, ad no-  
uem commode reduci possunt classes,  
dum sunt vel 1) COLLECTIONES FON-  
TIVM, vel 2) COMMENTARII, vel 3)  
LEXICA, vel 4) SYNTAGMATA, vel 5)  
COMPENDIA, vel 6) TRACTATVS, vel  
7) DISPV TATIONES, vel 8) DEDV-  
CTIONES, vel 9) EPHEMERIDES.

## §. 340.

§. 340.

Differunt etiam scripta pro diuersitate partium eruditionis, & tot dantur eorum species quot sunt eruditionis partes, vnde diuiduntur in *historica* & *dogmatica*, & ita porro (§. 53. seqq.).

§. 341.

Sunt porro scripta vel *scientifica* vel *vulgaria*, prout vel methodo mathematica conscripta, vel non. Et *systema*, quatenus denotat certam speciem scriptorum, est scriptum scientificum.

§. 342.

Methodus docendi per scripta differt pro diuersitate scriptorum (§. 339.) recensita, vnde de singulis speciebus hic sigil latim agendum.

§. 343.

*Collectio fontium* est collectio scriptorum, quae continent declarationem voluntatis entis rationalis veritates positivas (§. 19.) continentem.

## §. 344.

Collectiones fontium ita conscribendae, vt 1) non nisi tales fontes inserantur quae pertinent ad eius generis collectionem, 2) fontes in lingua originaria exhibeantur, 3) sedulo caueatur ne ab originali discrepent.

## §. 345.

*Commentarius* est scriptum, in quo aliud scriptum intrepretatur & illustratur.

## §. 346.

Commentarius ita conscribendus, vt 1) scriptum commentario illustrandum ei inseratur, 2) ad singula scripti commentario illustrandi loca quae indigent ulteriori illustratione dirigatur, 3) eius quod obscurum & ambiguum verus sensus determinetur, & 4) sedulo caueatur, ne alia admisceantur, quam quae ad illustrationem scripti commentario illustrandi faciunt.

## §. 347.

*Lexica* sunt scripta in quibus secundum ordinem alphabeticum termini aut explicantur

cantur tantum, aut simul ea quae de re termino indigitata nota recensentur; & in priori casu dicuntur *verbalia*, in posteriori vero *realia*, quae iterum vel *historica* vel *dogmatica* sunt, prout ea quae de re termino indigitata recensentur vel veritates vniuersales, seu singulares (§. 13.) sunt.

§. 348.

Lexicorum species etiam sunt sic dictae *Bibliothecae*, quae sunt lexica realia historica, quae bibliographiam (§. 90.) continent, & differunt pro diuersitate partium eruditionis (§. 53. seqq.).

§. 349.

Lexicorum verbalium requisita differunt, prout vel huius vel illius generis sunt, ita vt 1) lexica verbalia quae *technicos terminos* continent, genuinas notiones terminorum, per accuratas definitiones explicandas, exhibere debeant, & ipsa scriptorum loca ex quibus notiones genuinas esse probatur addi debeant: 2) lexica verbalia vero quae tantum *vulgares terminos* exhibent, genuinum eorum

rum significatum, per vocabula alterius linguae expressum, continere & ipsa scriptorum loca, ex quibus significatum genuinum esse probatur, si fieri potest, addi debeant.

### §. 350.

Lexicorum realium tam historicorum quam dogmaticorum requisita sunt, sedulo praecauendum esse, ne 1) errores continent, 2) inutilia admisceantur sed potius eo despiciendum ut veritatibus pragmaticis & foecundis (§. 15.) sint repleta, & quidem praesertim 3) iis quae memoria nostra facile excidunt.

### §. 351.

*Syntagma* est scriptum, in quo integra quaedam disciplina tam quoad generales quam speciales veritates pertractatur, & est vel *historicum* vel *dogmaticum* prout disciplina in eo pertractanda vel ad historiam, vel ad eruditionem dogmaticam (§. 54, 55.) pertinet. *Syntagma* vero quod est scriptum scientificum, dicitur *systema completum* (§. 341.).

### §. 352.

§. 352.

Syntagma *historica* ita sunt conscribenda, vt 2) nulla veritas quae pragmatica est omittatur, 2) ordo chronologicus accurate obseruetur, 3) singula facta rite determinatis propositionibus includantur, 4) testimonia auctorum ex quibus demonstratio *historica* formanda, ipsis auctorum verbis expressis, allegentur, 5) tota tractatio secundum certas epochas apte diuidatur.

§. 353.

Syntagma *dogmatica* vero ita sunt conscribenda, vt 1) quamlibet doctrinam, ad disciplinam in eo pertractandam pertinentem, contineant, 2) singulae doctrinae ita pertractentur vt non in generalibus subsistat auctor, sed ex generalibus principiis specialissimas conclusiones deducat, 3) sedulo caueatur tamen ne veritates quae nec pragmaticae nec foecundae sunt (§. 15.) admisceantur, 4) ordo mixtus (§. 315.) obseruetur, sicque apte in tomos, partes, libros, sectiones, membra, capita, titulos diuidatur, & tandem 5) methodus mathematica, rite pro discipline

plinae pertractandae diuersitate applicanda (§. 330.), adhibetur.

### §. 354.

*Compendium* est scriptum in quo iusta-  
gra quaedam disciplina quidem, sed ita  
ut singularium doctrinarum praecipua ca-  
pita tantum contineat, pertractatur, est  
que vel *encliridium* vel *compendium  
academicum* (ein Lehrbuch) prout vel  
prælectionum academicarum usui noa  
destinatum, vel ei destinatum est. Com-  
pendium academicum vero quod est  
scriptum scientificum, dicitur *systema ele-  
mentare* (§. 341.).

### §. 355.

In *encliriis* conscribendis omne id  
obseruandum, quod in conscribendo syn-  
tagmate obseruandum esse vidimus  
(§. 352, 353.); nisi quod hic ea quae  
in syntagmate prolixè pertractantur bre-  
vissimis tantum attingenda.

### §. 356.

Compendia academica si sunt *dogma-  
tica*, ut rite adornata esse dici possit, ita  
sunt

sunt conscribenda, vt 1) nulla ad disciplinam in eo pertractandam pertinens doctrina penitus omittatur, 2) omnes termini technici, omnesque divisiones & distinctiones, accurate definiantur, 3) non nisi propositiones generales, pragmáticas & foecundas veritates continent, inserantur & 4) quoad reliqua ea obseruentur quae de syntagmatibus (§. 353, n. 4. & 5.) dicta.

§. 357.

Compendia *historica* ita conscribenda, prout syntagma *historica* (§. 332.) conscribenda sunt, obseruato tantum hoc discrimine quod omnia breuissimis per tractanda.

§. 358.

*Disputatio* est scriptum, de speciali quādam doctrina ex aliqua disciplina, in usum actus disputatorii conscriptum; qui finis si non adest, tale scriptum dicitur *Tractatus*.

§. 359.

In conscribendis disputationibus tām quam tractatibus, obseruandum est:  
1) in

1) in thematis electione praecauendum esse ne sit vulgare, vel nimis generale 2) thema ipsum ita pertractandum esse ut sedulo praecaueatur ne sine urgente necessitate generales veritates, ad doctrinam ex qua thema speciale pertractandum pertinentes, admisceantur, sed potius 3) in iis quae ad thema pertractandum ipsum pertinent ad specialissima descendendu[m], & nec in his scriptis 5) aliam quam methodum mathematicam adhibendam esse.

### §. 360.

*Deductio* est scriptum, quod continet demonstrationem iuris acquisiti alicui competentis.

### §. 361.

*Consilia & responsa iuridica pertinent ad deductiones.*

### §. 362.

In deductionibus conscribendis ad tria respiciendum: 1) veritas facti quo ius acquisitum euincenda, quae facta vel pertinent ad historiam *patentem* quae luci publicae exposita in libris historicis typis descri-

descriptis, vel ad historiam *arcana* quae continetur in documentis in lucem nondum editis, qualia sunt quae adseruantur in archiuis principum, 2) tali facto tale ius adquiri posse demonstrandum, 3) formalia vsu recepta non negligenda sunt.

§. 363.

*Ephemerides* sunt scripta, quae facta recentissima recensent; suntque vel *politicae* vel *litterariae* prout facta quae recensent, vel ad historiam litterariam pertinent, vel non.

§. 364.

Ephemerides tam *politicas* quam *litterarias* conscripturus separare debet facta certa ab incertis, & notatu digna a vulgaribus; & *in specie ephemerides litterarias* conscripturus in recensendis scriptis editis obseruare debet 1) aliqualem auctoris si incognitus est notitiam esse inserendam, 2) locum & tempus impressio-  
nis cum plagarum numero esse annotan-  
dum, 2) contenta scripti, minimum quoad summa capita, & quidem praesertim ea quae ab aliis nondum tam distincte per-

G

tracta-

tractata esse recensenda, 4) prudenter esse iudicium futuro lectori relinquere.

## TIT. V.

## DE METHODO DOCENDI VIVA VOCE.

§. 365.

**O**fficia docentium viua voce quoad docendi methodum, partim *generalia* sunt ab omnibus in quibuscunque praelectionibus obseruanda, partim *specialia* quae tantum sub certis circumstantiis obseruanda.

§. 366.

Specia*lia* docentium officia differunt pro diuersitate collegiorum, quae sunt vel THEORETICA vel PRACTICA & practica sunt vel EXAMINATORIA vel DISPUTATORIA vel PRACTICA IN SPECIE SIGDICTA.

§. 367.

Prout docens in collegiis omnibus ad ductum

*ductum compendii cuiusdam paelectio-  
nes suas instituere debet, ita tale semper  
elgere debet quod in suo genere optimum.*

§. 368.

*Docens instructus esse debet dono do-  
cendi, hoc est, facultate prompte, expedite  
& cum aliqua suavitate sensa animi ex-  
primendi.*

§. 369.

*Male docet qui dictando in calamum  
audatores defatigat, intra terminum  
praelectionibus praestitutum eas ad finem  
non perducit, aut ad finem quidem per-  
ducit, sed aut horas multiplicando  
aut nimium festinando, terminis tech-  
nicis utitur qui tanquam noti nondum  
possunt supponi dum demam in illis pae-  
lectionibus in sequentibus explicantur.*

§. 370.

*Quilibet docens omnes intendere de-  
bet meritos, ut paelectiones suae sint  
completae, id est, ut paelectiones ea  
omnia continerent quae requiruntur ut  
audatores propria industria omnia illa  
ernere possint, quae ad disciplinam in  
praelectionibus tradendam pertinent.*

G 2

§. 371.

## §. 371.

Specialia viua voce docentium officia quoad *collegia theoretica* sunt, quod debeat 1) si compendium defectibus laborat illud emendare, quae desunt addendo, quae minus recte posita mutando 2) definitiones resoluere in genus & differentiam specificam, singulasque quae hanc ingrediuntur notas sigillatim indicare, totamque definitionem exemplis illustrare, dum ad exempla definitionem applicant, siue forsan antea iam in compendio res quaedam definita, quae cum iam definienda similitudinem habet, convenientiam tam quam disconuenientiam indicant, 3) divisiones ex suis fundamentis rite deducere, dum indicant quae in notione generis indeterminata relicta, & quomodo ulterius ea determinando species orientur, 4) propositiones rite resoluere, resolutas exemplis illustrare, & tum demum demonstrationum vim distincte explicare pro demonstrationum diuersitate (§. 330.), 5) scholia si indigent illustratione eam addere, si non, silentio praetermittere, 6) dubia magni momenti resoluere.

## §. 372.

§. 372.

*Speciatim in collegiis theoreticis male docet, qui compendium non illustrat sed aut ex una lingua in alteram vertit aut tantum supplet, qui tempus consumit recensione variarum sententiarum, qui in resolutione argumentorum dissentientium nimius est.*

§. 373.

Docentis specialia officia in *collegiis practicis* & quidem *examinatoriis* obseruanda, sunt, quod debeat quoad singulas doctrinas in examinatorio collegio pertractandas, sequentes formare quaestiones: 1) Quid? & quidem ita, ut auditâ responsione, quae tam demum adaequata si accuratam continet definitionem, vltierius nouas formare debeat quaestiones ad analysin tam quam resolutiōnem definitionum directas, quibus absolutis nonnunquam de cognatis rei definitae vltiores quaestiones sunt formandae, 2) Quotuplex? & quidem ita, vt facta responsione quae singulas diuisiones continere debet, quaestio quid? quoad singula diuisionis membra dicto modo repe-

G 3

tatur,

tatur, 3) Quale? quae quaestio pro disciplinarum diuersitate mox hoc mox alio modo pertractanda, de qua itaque in specialibus cuiuslibet eruditionis partis praecognitis specialius agendum.

### §. 374.

Specialia docentis officia in *collegiis practicis* & quidem *disputatoriis* sunt 1) quod docens non solum respondentem deficiente resoluere debeat opponentis dubia, sed etiam 2) si vel respondens vel opponens a regulis disputandi, quas logica prescribit, aberrant meliora eos docere debeat, quodque 3) potius ipsum potius compendium quo, docens in collegiis theoreticis vtitur in collegiis disputatoriis ad disputandum proponi debeat, quam theses aut a docente aut a respondentem exhibitae.

### §. 375.

Specialia docentium officia quoad *collegia practica*, & quidem *practica in specie sic dicta* maxime differunt pro diuersitate disciplinarum, prout etiam non nisi quoad sic dictas practicas disciplinas locum habent; vnde de methodo docendi in his collegiis in praecognitis specialibus

libus singularum disciplinarum agendum.

Dicatur de collegis casualibus, analyticis, ut  
& theoretico-practicis.

§. 376.

*Docentis est collegia sua ita subordinare ne doctrinae ad disciplinam iam pertractandam nondum pertinentes immisceantur, siveque materiae eadem plus simplici vice in diuersis collegiis pertractari debeant.*

TIT. VI.

DE METHODO DISCENDI IN  
GENERE.

§. 377.

*Discere eruditionem idem est ac studere* (§. 49.).

§. 378.

*Propositiones dicuntur connecti, si aliae per alias tanquam per principia demonstrantur.*

G 4

§. 379.

**§. 379.**

*Intellectus systematicus* dicitur qui propositiones generales inter se connectit; qui vero eas inter se non connectit, sed singulas quasi cum ceteris nihil commune habentes intuetur, dicitur *intellectus non systematicus*.

**§. 380.**

*Qui intellectum systematicum sibi acquirit ad perspicuitatem, profunditatem & soliditatem perducitur; quod secus quoad eum qui intellectum systematicam sibi non acquirit (§. 316, 379.).*

L. B. de WOLF de differentia intellectus systematici & non systematici. *Hor. subf. A. 1729. Trim. Brum. n. 3.*

**§. 381.**

*Discensis prima & praecipua cura esse debet ut sibi acquirat intellectum systematicum (§. 380.).*

**§. 382.**

*Qui de eo sollicitus est ut sibi acquirat intellectum systematicum, studia sua ita dirigere debet, vt 1) sistema quoddam ele-*

elementare (§. 354.) pro fundamento ponat, cuius explicationem a viua voce docente audire, idque totum successive memoriae mandare debet, tumque 2) ulteriores in studiis suis facere debet progressus, legendo scripta aliorum & meditando, ut aliarum propositionum sibi adhuc incognitarum cognitionem acquirat, quas ad systema suum elementare referre debet, sique vi principiorum in eo contentorum illas veras esse demonstrare potest illas systemati elementari congruo loco inserere, si non, reiicere eas.

§. 383.

*Notiones directrices* dicuntur, per quas apparet quo cogitationes sint dirigendae, ut reperiatur, quod quaeritur,

L. B. de WOLF de notionibus directricibus *Hor. subs. A. 1729. Trim. Verm. n. 4.*

§. 384.

*Discens praesertim de eo esse debet sollicitus, ut notionum directricium cognitionem acquirat.*

§. 385.

*Manuale* (ein Handbuch) dicitur, id  
G 5 syste-

*systema elementare; quod discentis systema elementare continet.*

§. 386.

*Discens quilibet statim sub initio studiorum suorum, in qualibet eruditionis parte cuius cognitionem acquirere vult, manuali debet esse instructus.*

§. 387.

*Quamvis usus collectaneorum, in quibus discentes in subsidium memoriae secundum ordinem alphabeticum ea sibi annotare solent quae in aliorum scriptis notatu digna legunt, non prorsus contemnendus, variae tamen cautelae sunt obseruandae a discente, ne hoc instituto, per se utili omnino, abutatur.*

§. 388.

*Discens sollicitus esse debet ut bibliotheca fiat instructus, quae prudenter comparanda, & apte collocanda (§. 348, 339,).*

§. 389.

*Discentem credere oportere falsissimum est.*

§. 390.

§. 390.

Quae de methodo discendi in antecedentibus dicta a quolibet discente sunt obseruanda, reliqua ad discendi methodum spectantia differunt, prout ii qui student, & generali nomine studiosi (§. 49.) dicuntur, vel adhuc in academiis discunt, vel studiis academicis absolutis studia sua continuant. Liceat itaque mihi in sequentibus breuitatis causa prioris generis studiosos appellare *Studioſos academicos*, posterioris generis vero *Candidatos*, ut de vtrorumque diuerso studendi methodo distincte agere possim.

TIT. VII.

DE METHODO DISCENDI IN  
ACADEMIIS.

§. 391.

*Studioſus academicus* quam primum talis esse incipit unam ex sic dictis facultatibus superioribus sibi eligere debet, nisi sit talis qui per eruditionem acquirendam quaestum facere non intendit.

§. 392.

## §. 393.

*In electione facultatis superioris, cui studiosus academicus nomen suum dare vult, maxima prudentia est adhibenda, nec facile semel electam facultatem iterum deserere & cum alia commutare debet.*

## §. 394.

Electa facultate, studiosi academici quoad methodum discendi officia redeunt ad sequentia summa capita: 1) studiorum subsidiariorum cum studio suo principiali coniunctionem legitimam, 2) prudentem electionem eius ex docentium numero quo tanquam praceptor vti vult, 3) ordinem in addiscendis variis disciplinis quarum cognitionem sibi acquirere vult obseruandum, 4) ea quae quoad collegia ipsa quae frequentat obseruanda, quae redeunt ad a) collegiorum numerum b) praeparationem c) ea quae in audiendis praelectionibus obseruanda, & d) repetitionem collegiorum, de quibus singulis iam sigillatim agendum.

## §. 395.

§. 395.

*Studia subsidiaria* dicuntur disciplinae, quae addiscenda si quis in disciplina quādam alia felices facere vult progressus.

§. 396.

*Omnes disciplinae, praeter philosophiam in specie sic dictam, certa studia subsidiaria praesupponunt.*

§. 397.

Studia subsidiaria vel sunt *generalia* vel *specialia*, prout vel respectu omnium disciplinarum quae studia subsidiaria praesupponunt tālia sunt, vel tantuhi respectu huius vel illius disciplinae.

§. 398.

Vna disciplina in alteram *influere* dicitur, si ei suppeditat principia ad veritates ad eam pertinentes explicandas stabilendas & supplendas, aut etiam si continet methodi in ea applicandae ideam exemplarem, & in priori casu influxus dicitur *materialis*, in posteriori vero *formalis*.

§. 399.

**§. 399.**

*Quaelibet disciplina quae influit in aliam pertinet ad studia subsidiaria eius in quam influit (§. 398, 395.).*

**§. 400.**

*Philosophia in specie sic dicta, historia litteraria & Matthesis quoad methodum, sunt studia subsidiaria generalia.*

**§. 401.**

*Qui matheſin tanquam studium subsidiarium discere vult, talem in matheſi doctorem eligere debet qui eam ita tractat ut influat in reliquas disciplinas, quod facit is qui in docendo methodi quo mathematici utuntur rationem habet, illiusque applicationem ostendit; & magis de methodo quam de ipsis veritatibus mathematicis debet esse sollicitus.*

**§. 402.**

*Qui philosophiam in specie sic dictam tamquam studium subsidiarium discere vult, de tali philosophia addiscenda debet esse sollicitus quae influit in reliquas*

quas disciplinas, qualis est philosophia  
Wolffiana.

L. B. de WOLF de influxu philosophiae  
autoris in facultates superiora Flor. subs;  
A. 1731. Trin. Brum. n. 1.

§. 403.

Subsidiariis studiis absolutis illa non  
sunt plane negligenda, sed potius cum  
studiis in quarum gratiam illarum co-  
gnitio acquisita sunt coniungenda.

§. 404.

In electione eius ex docentium numero  
quo tamquam praceptor suo uti vult  
studiosus academicus, non aliorum com-  
militonum iudicio simpliciter inhaerere  
debet, sed potius ipse antequam eligit  
singulos audire debet, & quantum potest  
secundum ea quae de officiis docentium  
viua voce (§. 365. seqq.) dicta examinare,  
quis inter eos optime docentis officia im-  
pleat, his vero obseruatis reliqua fortunae  
sunt committenda.

§. 405.

Bene sibi consulunt qui, quatenus fieri  
potest, non nisi unico docente utuntur.

§. 406.

## §. 406.

*Errant qui applausus, aut eius quod ad statum externum docentis pertinet, in eligendo rationem habent.*

## §. 407.

Ordo in addiscendis variis disciplinis, quarum cognitionem sibi acquirere vult studiosus academicus, obseruandus generatim hic est: quod debeat studia subsidiaria praemittere, & quidem, quod attinet generalia studia subsidiaria (§. 400.) Mathezeos, Logicae & Metaphysicae studium combinari possunt, haec studia vero excipere debet philosophiae practicae in specie sic dictae studium, eo ordine ut Philosophia practica vniuersalis praemittatur, hancque Jurisprudentia naturalis sequatur, tumque Philosophia moralis addatur. Physices studium vero ultimum occupare potest locum, & historia litteraria optime combinatur cum disciplina qualibet, si vero ex instituto, quod utile omnino, pertractatur, reliquis studiis finitis demum addenda.

## §. 408.

Ordo in studio principiali obseruandus differt pro diversitate disciplinarum, de quo

quo itaque in praecognitis specialibus singularum eruditionis partium agendum.

§. 409.

*Quod horae collegiis destinandae a studioso academico, in genere determinari nequit.*

§. 410.

Tota praeparatio ad collegia absoluuntur lectione eius compendii academicici pensi, quod a docente explicandum, in qua lectione attendendum ad ea quae in compendio videntur esse obscura.

§. 411.

In audiendis collegiis, studiosus academicus attentionem suam vnicē dirigere debet in docentis verba, & ea quae docens notatu digna profert, quorum memoria vero facile ad repetitionem usque conseruari nequit, annotare.

§. 412.

Collegiorum repetitio non diu differenda, sed potius quam primum fieri potest instituenda, & quidem ita ut i) sin-

H gula

gula a docente dicta (§. 371.) in memoriam sibi reuocet, 2) notionum & demonstrationum analysin instituat, & 3) non tantum singulis diebus repetitionem eorum instituat quae docens ea die proposuit, sed & quoties tota quaedam doctrina absoluta am coniunctim breuissimis repeatat, & finito toto collegio totam disciplinam in eo expositam iterum cursorie repeatat.

## §. 413.

*Studioſus academicus pro preſenti re-  
rum ſtatu quidem in repetitione ad alia  
ſcripta praeter manuale ſuum configere  
debet; quodſi vero compendia aca-  
demia ſine naeuis eſſent, & docentes mu-  
nere ſuo ſemper rite fungerentur, genui-  
na diſcendi methodus non permitteret,  
ſtudioſum academicum alia ſcripta, praet-  
er manuale ſuum, in academiis legere  
(§. 385, 356, 371.)*

## §. 414.

*Repetitionis uſui maxime inferuiunt  
tabulae mnemonicae rite constructae.*

*Dicatur de tabularum manemonicarum con-  
ſtru-*

structione & vsu. L. B. de WOLF de  
tabularum mnemonicarum constructione  
& vsu Hor. subf. A. 1730. Trim. Aestiu. n. 3.

§. 415.

*Discens in repetitione non tantum me-  
moriae mandare debet compendium suum,  
sed & meditari; si que dubia eum pre-  
mant a docente resolutionem petere, &  
in practicis disciplinis ad casus quos sibi  
fingit, aut aliunde noti sunt, quae didi-  
cit applicare, eumque in finem collegia  
practica, examinatoria, disputatoria &  
practica in specie sic dicta non negligere,  
quae collegiis theoreticis absolutis de-  
mum frequentari consultius est.*

TIT. VIII.

DE METHODO DISCENDI AB-  
SOLVTIS STVDIIS ACA-  
DEMICIS.

§. 416.

*Candidatus, qui studiis academicis  
absolutis, viua voce docente non  
amplius praeeunte, ulteriores in studiis  
facere vult progressus, statim studiis aca-  
demici*

*demicis finitis omnia ea quae in academiis didicit iterum dicto modo (§. 412.) repetere debet.*

### §. 417.

*Repetitione hac absoluta, studiis subsidiariis sepositis, studium suum principale continuare debet legendo tam quam meditando, & si est practica disciplina cui se mancipauit, practicando.*

### §. 418.

*Est vero lectio librorum a candidato instituenda duplex, cursoria qua sibi tantum notitiam eorum acquirit quae in scripto quodam continentur, illudque examinat, iuxta ea quae de methodo docendi per scripta (§. 339. seqq.) dicta, & specialis qua ipsa contenta scripti ita perlegit, ut ipsas doctrinas in scripto quodam propositas respiciat lectio.*

### §. 419.

*Lectio cursoria scripti praecedere debet lectionem specialem, & in cursoria lectione praesertim praefatio & index consuli debent.*

### §. 420.

§. 420.

Lectio specialis scriptorum, quae sunt syntagma, compendia, tractatus vel disputationes, differt prout vel scientifica vel vulgaria sunt. Quomodo vero utraque lectio peragenda, per ea quae (§. 382. n. 2.) dicta, determinatur.

§. 421.

*Cum lectione a candidato coniungenda meditatio, quae quomodo rite instituenda in logica docetur.*

§. 422.

Methodus quae obseruanda si cum theoria praxis coniungenda, differt pro disciplinarum diuersitate; de quo itaque, non nisi in praecognitis specialibus cuiuslibet disciplinae, specialia tradi possunt.

**LIB. II.****PRAECOGNITA IVRIS-  
PRVDENTIAE NATVRALIS.****SECT. I.**

DE

**IVRIS PRVDENTIA NATVRA-  
LI IN GENERE.****TIT. I.****DE VERITATIBVS AD IVRIS-  
PRVDENTIAM NATVRALEM  
PERTINENTIBVS, EARVM  
RATIONIBVS ET CO-  
GNITIONE.**

**S. 1.** Moraliter possibile dicitur, quicquid nullam inuoluit contradictionem, cum regulis secundum quas actiones nostrae determinande; quicquid vero cum his regulis contradictionem inuoluit, dicitur *moraliter impossibile*.

**S. 2.**

§. 2.

*Facultas agendi* est mera agendi possiblitas, quae dicitur *moralis* si possibilitas est moralis (§. 1.)

§. 3.

*Necessitas agendi* est impossibilitas alter agendi, quae dicitur *moralis* si impossibilitas est moralis (§. 1.)

§. 4.

*Ius*, qui terminus hoc loco denotat id quod in vernacula appellare solemus eine *Befugniß*, est facultas agendi moralis (§. 2.)

§. 5.

*Obligatio* quae duplex est, dum alia *activa*, alia *passiva* appellatur, in priori casu est connexio motiui cum actione, in posteriori vero necessitas agendi moralis (§. 3.). Posterior significatus vero huius loci est, & semper sub obligationis simpliciter positae nomine venit.

§. 6.

*Aliquid adesse per quod iura & obligatio-*

*gationes constituuntur necesse est, & hoc vel rerum natura & essentia, vel voluntas entis rationalis est; sicque iura & obligationes differunt prout vel per rerum naturam & essentiam, vel per voluntatem entis rationalis constituuntur.*

### §. 7.

*Iura & obligationes quae per rerum naturam & essentiam constituuntur, dicuntur *iura naturalia & obligationes naturales*; iura & obligationes vero quae per voluntatem entis rationalis constituuntur *iura positiva & obligationes positivae* appellantur.*

### §. 8.

*Veritatum *iura naturalia & obligationes naturales* concernentium complexus, constituit *iurisprudentiam naturalem* (§. 213, Lib. 1.).*

### §. 9.

*Omnis veritates ad *iurisprudentiam naturalem* pertinentes sunt *veritates naturales* (§. 8. 7. & §. 19. Lib. 1.), omnesque*

de verit. ad iurispr. natural. &c. 121  
que necessarias rationes habent. (§. 20.  
Lib. 1.)

§. 10.

Principium cognoscendi veritatum  
quas iurisprudentia naturalis continet  
est sana ratio (§. 9. & §. 24. Lit. 1.)

TIT. II.

DE GENVINA IURISPRUDENTIAE  
NATURALIS NOTIONE, ET ICTIS  
NATURALISTIS EORVMQVE  
SPECIEBUS.

§. 11.

Jurisprudentiae vocabulum, prout in  
genere eruditionis vocabulum (§. 26.  
Lib. 1.), mox obiective mox subiective  
sumitur, & hoc casu itidem, prout erudi-  
tio subiective considerata (§. 27. Lib. 1.),  
vel in abstracto vel in concreto sumitur.

§. 12.

Est vero iurisprudentia in genere ob-  
iective sumta, complexus veritatum quae  
iura & obligationes (§. 4. 5.) concer-  
nunt; & subiective sumta, est distincta co-  
gnitio

gnitio veritatum iura & obligationes concernentium.

§. 13.

Iurisprudentia in genere duas disciplinas tanquam partes sub se continet, *iurisprudentiam naturalem* nimirum, (§. 213. Lib. 1.) definitam & in partes suas diuisam, & *iurisprudentiam positivam* (§. 289. seqq. Lib. 1.) itidem iam definitam, & in suas partes diuisam.

§. 14.

*Ad iurisprudentiam naturalem non omnes veritates iura obligationesque concernentes, sed tantum eae quae iura naturalia & obligationes naturales concernunt, pertinent* (§. 7. §. 213. 57. 19. Lib. 1.).

§. 15.

*ICtus* dicitur in genere is eruditus, qui callet iurisprudentiam; qui in specie *Naturalista* dicitur, si callet iurisprudentiam naturalem.

§. 16.

*Quae supra* (§. 37.-49. Lib. 1.) *eru-*

eruditis in genere dicta, ea omnia ad  
Ictos quos naturalistas appellauiimus,  
possunt applicari.

§. 17.

Disciplina, quae ab aliis appellatur  
*iurisprudentia vniuersalis*, ab aliis  
*iurisprudentia diuina*, ab aliis *ius natu-*  
*rae & gentium*, est eadem illa disciplina,  
quam nos cum aliis iurisprudentiam na-  
turalem appellamus.

TIT. III.

DE NEXV ET LIMITIBVS INTER  
IVRISPRUDENTIAM NATYRALEM  
ET RELIQVAS ERVDITIO-  
NIS PARTES.

§. 18.

Conuenientia diuersarum eruditionis  
partium inter se, & unius in alte-  
ram influxus (§. 398. Lib. 1.), *nexus*  
earum constituit.

§. 19.

Inter omnes eruditionis partes est  
quidam nexus, qui vero quoad nonnullas  
laxior, quoad nonnullas arctior.

§. 20.

## §. 20.

Nexus inter iurisprudentiam naturalem & reliquas eruditionis partes, dupli-  
ci modo considerandus, tam respectu iuri-  
s prudentiae positivae, quam respectu  
reliquarum partium praeter iurispru-  
dentiam positivam.

## §. 21.

Nexus inter iurisprudentiam natura-  
lem & positivam est arctior nexus inter re-  
liquas eruditionis partes; dum conue-  
niunt inter se quoad obiectum, quod  
sunt veritates iura & obligationes con-  
cernentes, ambae eidem generi cui-  
dam specialiori quam eruditio est, nem-  
pe eruditioni dogmaticae, subsunt, & na-  
turalis in positivam influit, materialiter  
tam, quam formaliter.

## §. 22.

Laxior quidem, sed tamen respectu  
reliquarum eruditionis partium arctissi-  
mus est nexus, inter iurisprudentiam  
naturalem & reliquas philosophiae in  
specie sic dictae partes, & quidem ma-  
ior quod philosophiae practicae in specie  
sic

*sic dictae partes, quam quoad reliquas philosophiae in specie sic dictae partes;* dum nonsolum eidem generi proximo, nimirum philosophiae in specie sic dictae cum iis subest, sed & materialiter in eas nimirum *Ethicam, Politicam & scientiam rationis status influit, cum tamen logica & philosophiae theoreticae partes* tantum ita connexae sint cum iurisprudentia naturali, quod eidem generi etiam subsint, non tamen earum principia contineat, sed tantum Logica, & nonnullae philosophiae theoreticae partes, veluti Ontologia & Psychologia, principia quaedam communia, iurisprudentiae naturalis aliarumque eruditionis partium, continneant.

§. 23.

Laxior adhuc est nexus inter *iurisprudentiam naturalem*, & reliquas praeter iam recensitas eruditionis partes, *Mathesin* nimirum, *Philologiam*, *Theologiam postiuam*, & *Historiam*; dum quod attinet *Mathesin*, cum ea eidem generi non adeo remoto, nimirum eruditioni dogmaticae, sub-

subest, & praeterea cum ea per influxum formalem est connexa (§. 400. Lib. 1.) ; & quod attinet *Philologiam* & *Theologiam positivam*, nonnisi ita hae eruditionis partes cum iurisprudentia naturali connexae sunt, quod eidem generi non adeo remoto ac eruditio, nimirum philosophiae in specie sic dictae, subsint ; quoad *Historiam* vero nexus est laxior eo qui inter reliquas eruditionis partes est, dum cum ea iurisprudentia naturalis nonnisi eatenus conexa, quam quod eidem generi summo, eruditioni nimirum, subsint.

## §. 24.

Id ultra quod nihil amplius tanquam ad quandam eruditionis partem pertinens concipi potest, constituit *limites* diversarum eruditionis partium.

## §. 25.

Limites inter iurisprudentiam naturalis & reliquas eruditionis partes, dupli citidem modo sunt considerandi, tam respectu iurisprudentiae positivae, quam respectu reliquarum eruditionis par-

partium praeter iurisprudentiam positiuam.

§. 26.

Limites inter iurisprudentiam naturalem & positiuam sunt hi; quod veritates quae iura obligationesque continent, si sunt naturalia iura naturalesque obligationes (§. 7.) ad naturalem, si vero sunt positiva iura positivaeque obligationes (§. 7.) ad iurisprudentiam positivam pertineant: ut itaque iura & obligationes quae rationes necessarias (§. 18. Lib. 1.) quidem habent, sed tales quae insunt veritatibus positivis (§. 19. Lib. 1.), ad iurisprudentiam naturalem potius quam ad positivam referri debeant.

§. 27.

Limites inter iurisprudentiam naturalem & reliquas philosophiae in specie sic dictae partes, quod attinet philosophiam moralem, in eo consistunt quod veritates ita directionem facultatis appetitivae concernentes, ut in quo iura tamquam obligationes consistant contineant,

ad

ad iurisprudentiam naturalem, reliquae ad philosophiam moralem pertineant, ut itaque iurisprudentia naturalis contineat theoriam, & philosophia moralis eius praxin; quod attinet *logicam*, veritates omnes directionem facultatis cognoscitiae concernentes e iurisprudentia naturali exulent & potius logica sibi eas vindicat; quod attinet omnes *philosophiae theoreticae* partes veritates naturales directionem actionum humanarum concernentes, & non concernentes, limites inter eam & iurisprudentiam naturalem determinent.

### §. 28.

*Limites inter Iurisprudentiam naturalem & Philologiam tam quam Theologiam positivam ut & Mathesin & Historium constituuntur, quoad historiam per veritatum singularium & vniuersalium differentiam, quoad mathesin per veritatum vniuersalium quantitates concernentium, & quae tales non sunt, differentiam, & quoad Philologiam & Theologiam positivam per veritatum naturalium & posituarum differentiam.*

SECT.

## SECT. II.

DE

SINGVLIS IVRISPRVDENTIAE  
 NATVRALIS PARTIBVS  
 SIGILLATIM.

## TIT. I.

DE PHILOSOPHIA PRACTICA  
 VNIVERSALITHEO.  
 RETICA.

## §. 29.

**P**hilosophia practica vniuersalis, quamvis sit pars separatae eruditionis partis a iurisprudentia naturali, philosophiae nimirum practicae vniuersalis (§. 260. Lib. 1.); recte tamen, ne labores academici praeter necessitatem multiplicentur, simul cum partibus iurisprudentiae naturalis in systemate iurisprudentiae naturalis elementari pertractatur.

## §. 30.

Philosophia practica vniuersalis theoretica partibus iurisprudentiae naturalis praemittenda est, sicque in systemate elementari vniuersae iurisprudentiae naturalis

I. ralis

ralis primam tractationem constituit, sub rubro:

*TOM. I.*

*PHILOSOPHIA PRACTICA VNI-  
VERSALIS THEORETICA.*

*§. 31.*

Cum philosophia practica vniuersalis theoretica continere debeat principia generalissima iurisprudentiae naturalis (§. 261. Lib. 1.), omnium generalissima principia disciplinae quae continet veritates iura & obligationes concernentes vero, qualis est iurisprudentia naturalis (§. 213. Lib. 1.), contineat tractatio generalis de actionum humanarum natura & indeole, quae quamuis ad psychologiam proprie pertineat (§. 174. Lib. 1.), & inde tanquam cognita supponi possit, tamen hic plane praetermitti nequit, cum in phychiologia non omnia, quae de actionum humanarum natura & indeole in usum omnis iurisprudentiae scitu necessaria, tradi soleant, indeque quatenus actionum humanarum natura & indeoles iuridicae considerationis est, de ea in philosophia practica vniuersali agendum.

Cum

Cum vero talis tractatio praeter genera-  
lia quaedam de liberarum actionum *na-  
tura & indole*, veluti earum participatio-  
ne, aliaque, praesertim redeat ad actionum  
humanarum *moralitatem* earumque *re-  
ctitudinem*, patet cur tres priores tituli  
philosophiae practicae vniuersalis theo-  
reticae, sint hi:

TIT. I. De actionum humanarum,  
quatenus iuridicae considerationis  
sunt, *natura & indole* in genere.

TIT. II. De actionum humanarum  
moralitate.

TIT. III. De actionum humanarum  
rectitudine.

### §. 32.

Pertinent vero itidem ad generalissi-  
mas iurisprudentiae naturalis, quippe  
quae versatur circa iura & obligationes,  
veritates, generalis tractatio de *iuribus*  
& *obligationibus*, quae intelligi potest,  
quamuis quis cognitione reliquarum ad  
philosophiam practicam vniuersalem  
theoreticam pertinentium veritatum ad-  
huc sit destitutus, vnde sequitur:

## TIT. IV. De iuribus &amp; obligationibus.

## §. 33.

Iurium & obligationum naturalium duo sunt fontes, *lex* nimirum, & *actus* quos appello *iuridicos*, & definio quod sint tales qui iura & obligationes concernunt. Fontium iurium & obligationum pertractatio vero, principia generalissima iurisprudentiae naturalis continent, sicque ea ad philosophiam practicam vniuersalem theoreticam pertinet (§. 261. Lib. 1.), cumque alias veritates non presupponat, quam quae TIT. IV. iam tradita, merito eum sequitur tractatio de fontibus iurium & obligationum, sub rubris:

## TIT. V. De legibus

## TIT. VI. De actibus iuridicis.

## §. 34.

Actuum iuridicorum dantur accessoria, ut & alia circa illos obueniunt, quoad iura & obligationes quae ex actibus iuridicis veniunt differentiam operantia.

rantia. Ad priorem classem referto *dies, conditiones, modos, iuramenta promissoria, poenas conuentionales & ceremonias, ad posteriorem vero, ignorantiam, erroris, dolum, culpam, casum*; unde noui oriuntur tituli:

TIT. VII. De die, conditione, modo, iuramento promissorio, pena conuentionali, & ceremoniis.

TIT. VIII. De ignorantia, errore, dolo, culpa, casu.

§. 35.

Fontibus cognitis, de modo ex his fontibus eruendi veritates iura & obligations concernentes, qui itidem ad generalia iurisprudentiae naturalis principia pertinet, est agendum. Cumque huc faciant, principii iuris naturalis cognitio, interpretatio & applicatio iuris ad factum, quae doctrinam de imputatione sub se continet, iam agendum

TIT. IX. De principio iuris naturalis.

TIT. X. De interpretatione.

## TIT. XI. De applicatione iuris ad factum.

## §. 36.

Doctrina de obiecto iurium & obligationum pertinet itidem ad generalia principia iurisprudentiae naturalis, hincque in philosophia practica vniuersali theoretica est pertractanda. Sunt vero iurium & obligationum obiectum *res* & *personae*, vnde de his generaliter agendum in sequentibus titulis:

## TIT. XII. De rebus iuridicis.

## TIT. XIII. De personis.

## §. 37.

Dantur etiam certi actus qui circa iura & obligationes versantur, & quoad omnia iura omnesque obligationes locum habent, quales sunt: *iurium & obligationum acquisitio*, quae est actus quo quis iuris vel obligationis particeps fit, *conservatio* quae est actus quo efficitur iura & obligationes manere in eo statu in quo nunc sunt, *amissio* quae est actus quo efficitur iura & obligationes non manere.

manere in eo statu in quo nunc sunt, cuius praecipua species, praesertim notanda, est *expletio* quae est praestatio eius quod praestandum. Cum itaque haec tractatio itidem generalia principia iurisprudentiae contineat, philosophiae practicae vniuersali theoreticae inserenda, sub rubris :

TIT. XIV. De acquisitione iurium & obligationum.

TIT. XV. De conseruatione iurium & obligationum.

TIT. XVI. De amissione iurium & obligationum.

TIT. XVII. De expletione iurium & obligationum.

TIT. II.

DE IVRISPRVDENTIA NATVRALI  
THEORETICA, ET QVIDEM PRI-  
VATA POLITICA.

§. 38.

Philosophiam practicam vniuersalem theoreticam, excipit iurisprudentia theoretica, quae reliquis partibus praemittenda, sub rubro:

TOM. II.

**IVRISPRVDENTIA NATV.  
RALIS THEORETICA.**

§. 39.

Est vero iurisprudentia naturalis theoretica, secundam tres quas continet partes (§. 200. Lib. I.), ita pertractanda, ut priuata praemittatur, & quidem priuata politica primo loco ponenda, indeque iurisprudentia naturalis theoretica ita distribuenda:

PARS I.

**IVRISPRVDENTIA NATVRALIS  
THEORETICA PRIVATA**

LIB. I.

**IVRISPRVDENTIA PRIVATA  
POLITICA.**

§. 40.

Iurisprudentia priuata politica continet iura & obligationes hominum extra templicam viuentium (§. 225. Lib. I.) quae nec religionem nec feuda concernant (§. cit. Lib. I.) haec vero in genere redeunt ad *officia erga nos* & *officia erga*

*erga alios*, hincque duabus sectionibus  
includi possunt ea, quae in hoc libro  
pertractanda, vnde

SECTIO I.

**DE OFFICIIS HOMINUM ERGA SE  
IPSVM, ET CVM IIS CONNE-  
XIS IVRIBVS.**

§. 41.

Hominum erga se ipsum officia vero redeunt ad tria summa capitá, & pro obiecti, quod est *anima*, *corpus* vel *status externus*, diuersitate differunt, hinc prima sectio continet

TIT. I. De officiis hominis erga se ipsum in genere

TIT. II. De officiis hominis erga se ipsum quoad animam.

TIT. III. De officiis hominis erga se ipsum quoad corpus.

TIT. IV. De officiis hominum erga se ipsum quoad statum externum.

## §. 42.

Hanc doctrinam excipit ea de officiis erga alios (§. 40.), quae sunt partim *absoluta*, partim *hypothetica*, vnde

## SECTIO II.

**DE OFFICIIS HOMINVM ERGA ALIOS, ET CVM IIS CONNE- XIS IVRIBVS.**

## CAPVT I.

## DE OFFICIIS ERGA ALIOS ABSOLVTIS.

## §. 43.

Absoluta erga alios officia conueniunt cum officiis erga nos quoad obiectum, vnde eodem modo pertractari possunt, ita:

TIT. I. De officiis erga alios in genere.

TIT. II. De officiis erga alios absolutis quoad animam.

TIT. III. De officiis erga alios absolutis quoad corpus.

TIT. IV. De officiis erga alios absolutis quoad statum externum.

## §. 44.

§. 44.

Absolutis erga alios officiis opponuntur hypothetica (§. 42.), vnde:

CAP V T . II.

DE OFFICIIS ERGA ALIOS HYPOTHETICIS.

§. 45.

Cum *officia erga alios hypothecas* sint talia, quae non nisi certa quadam facti humani conditione supposita in homines cadunt, & facta ista vel talia sint quae producunt certas qualitates hominum a quibus iura & obligationes dependent, vel alia facta; iura & obligationes quae ad officia hominum erga alios pertinent, vel a qualitatibus dependent quae iuridice *status* appellantur, quarumque complexus *ius personarum* dicitur, vel non, quarumque complexus *ius rerum* dicitur, quorum hoc illi praemitendum. Iura vero & obligationes quae *ius rerum* constituunt, partim sunt eius indolis quod cum rebus, partim eius, quod cum personis sint connexae, & priores *ius in re*, posteriores *ius ad rem* constituunt, hincque constabit de sequenti ulteriori systematis iurisprudentiae naturalis theoreticae priuatae distributione:

M E M -

## MEMBRVM L.

*DE IURE RERVM, ET QVIDEM IN  
SPECIE IURE IN RE.*

## §. 46.

De numero specierum iuris in re, quamuis non conueniant inter se IC*cii*, manifestum tamen est tres dari cius species seu potius summa genera: nimirum ius proprium de re quadam pro suo arbitrio disponendi, *Dominium dictum*, ius vi cuius quis ad successionem est admittendus, *ius hereditarium dictum*, & ius quod ex possessione oritur, *ius possessio-nis dictum*. Inter haec iura dominium latissimum habet campum, & tam de eo tanquam introducendo, quam tanquam introducto agendum, vnde sequentibus membris primi titulis sua constat ratio:

TIT. I. De iure rerum & in specie iure in re in genere

TIT. II. De communione rerum & dominio in genere.

TIT. III. De iure residuo ex communione primaeua introductis rerum dominiis.

TIT.

TIT. IV. De acquisitione dominii originaria.

TIT. V. De accessione.

TIT. VI. De iuribus in dominio contentis.

TIT. VII. De dominio pleno & minus pleno in genere

TIT. VIII. De variis dominii minus pleni speciebus, praesertim seruitibus & iure pignoris

TIT. IX. De acquisitione dominii deriuatiua.

TIT. X. De dominii conseruatione, iurium & obligationum ex dominio expletione, & dominii amissione.

TIT. XI. De iure hereditario

TIT. XII. De iure possessionis.

§. 47.

Iuri in re opponitur ius ad rem (§. 46.), unde ius rerum per tractationem iuris ad rem continuandum. Potest vero ius ad rem ad duo summa capita reduci,

ducī, dum facta ex quibus iura & obligationes quae ius ad rem constituunt oriuntur, vel aliunde quam ex delictis oriuntur, vel ex delictis, & prior iuris ad rem pars dicitur *ius ad rem ciuile*, posterior vero *ius ad rem criminale*, indeque iam sequitur:

## MEMBRVM II.

*DE IURE AD REM, ET QVIDEM IN SPECIE CIVILI.*

## §. 48.

Ius ad rem ciuile continet iura & obligationes quae aliunde quam ex delictis oriuntur (§. 47.) aliunde quam ex delictis vero oriuntur iura & obligationes quae vel ex pactis, vel ex factis quae nec pacta nec delicta sunt oriuntur. In hoc membro itaque tam de pactis, quam de aliis factis praeter pacta & delicta, quae tamen iura personalia & obligationes personales producunt, agendum. Doctrina de pactis vero non solum generalia quaedam de pactis continet, sed & his cognitis de obiecto pactorum agendum ut praecipuarum specierum pactorum fundamentum patefiat de quibus speciebus

bus singulis etiam agendum. Cumque secundum ius naturae acquisitio, conservatio, amissio, & expletio iurium & obligationum ex pactis pro pactorum diuersitate non multum differant, quid hic iustum sit quoad omnes pactorum species coniunctim tradi potest, & hinc hoc membrum sequentibus titulis includi potest:

TIT. I. De iure ad rem & pactis in genere.

TIT. II. De obiecto pactorum.

TIT. III. De pactis simplicibus beneficis.

TIT. IV. De pactis simplicibus onerosis, & quidem talibus quae aleam non continet.

TIT. V. De pactis simplicibus onerosis quae aleam continent.

TIT. VI. De pactis mixtis.

TIT. VII. De acquisitione iurium & obligationum ex pactis.

TIT.

**TIT. VIII.** De conseruatione, amis-  
sione & expletione iurium & obli-  
gationum ex pactis.

**TIT. IX.** De iuribus & obligationi-  
bus personalibus quae producun-  
tur mediantibus factis praeter pacta  
& delicta.

### §. 49.

Iuri ad rem ciuili opponitur ius ad  
rem criminale (§. 48.), vnde absoluta  
theoria iuris ad rem ciuilis sequitur.

### MEMBRVM III.

#### *DE IURE AD REM CRIMINALI.*

### §. 50.

Ius ad rem criminale continet iura &  
obligationes quae oriuntur ex delictis,  
vnde in doctrina de iure ad rem crimi-  
nali tam delictorum natura & indoles in  
genere explicanda, quam de iuribus quae  
non nisi posito delicto locum habent,  
defensionis iure nimirum, & iure punien-  
di agendum, tumque singulae delictorum  
species explicandae, addita tractatione  
de

de acquisitione, conseruatione, exple-  
tione & amissione iurium & obligatio-  
num ex delictis, vnde sequentes oriun-  
tur tituli:

TIT. I. De delictis in genere.

TIT. II. De iure defensionis.

TIT. III. De iure puniendi.

TIT. IV. De delictis quibus alii  
quoad bona laeduntur.

TIT. V. De delictis quibus alii quo-  
ad corpus laeduntur.

TIT. VI. De delictis quibus alii quo-  
ad existimationem laeduntur.

TIT. VII. De acquisitione, conser-  
uatione, amissione & expletione  
iurium & obligationum ex delictis.

§. 51.

Absoluto iure rerum, superest adhuc  
in iurisprudentia priuata politica ius per-  
sonarum (§. 45.), cuius tractatio sibi  
vindicat

## §. 52.

Cum ius personarum contineat iura & obligationes quae a statu dependent (§. 45.), statum vero Icti diuidant in naturalem & ciuilem, eo sensu, ut physicae qualitates a qua iuribus & obligationes dependent *naturalem*, morales vero *civilem* constituant, tam de naturali quam ciuili hic agendum; quatenus nimirum, quod attinet status ciuiles, tales sunt qui inter homines extra rempublicam viuentes locum habere possunt, nec tamen vel religionem vel feuda concernunt. Hi & illi enim potius ad iurisprudentiam ecclesiasticam & feudalem, isti vero ad publicam referri debent. Status ciuiles vero, a quo secundum leges naturales iura peculiaria & peculiares obligationes dependet, sunt potissimum ii qui oriuntur ex reliquis societatibus praeter rempublicam, vnde in iure personarum pars quaedam, ab aliis sic dicti iuris socialis, pertractanda, dum nonsolum de societatibus in genere, sed & potioribus spe.

speciebus earum praeter rem publicam agendum. Ex his dictis constabit, cur ius personarum, in iurisprudentia naturali priuata politica pertractandum, sequentes contineat titulos:

TIT. I. De iure personarum in genere.

TIT. II. De statu naturali hominum.

TIT. III. De statu ciuili & societate in genere.

TIT. IV. De directorio societatis & eius conclusis.

TIT. V. De liberatione a societate.

TIT. VI. De societate coniugali.

TIT. VII. De societate paterna.

TIT. VIII. De societate herili.

TIT. IX. De societate domestica siue familia.

TIT. X. De vniuersitate.

TIT. XI. De statu tutoris & pupilli.

TIT. XII. De statu cognationis.

TIT. XIII. De statu successoris praesertim heredis.

### TIT. III.

## DE IVRISPRUDENTIA' PRIVATA ECCLESIASTICA.

### §. 53.

Iura & obligationes religionem concernentes sunt obiectum iurisprudentiae ecclesiasticae, & quidem priuatae, quantum sunt inter homines extra rempublicam viuentes (§. 226. Lib. 1.) Homines extra rempublicam viuentes vero, vel extra ecclesiam, vel in ecclesia viuunt, indeque hominum extra rempublicam viuentium iura & obligationes circa religionem duplicis generis sunt, nimirum vel eius ut iam extra ecclesiam locum habeant, vel eius ut demum positae ecclesia locum habeant, & priorum complexus iurisprudentiam ecclesiasticam *absolutam*, posteriorum *socialem* con-

constituit. Hinc tota iurisprudentia naturalis priuata ecclesiastica includi potest duabus sectionibus. En primam :

LIB. II.

**IVRISPRUDENTIA PRIVATA  
ECCLESIASTICA.**

SECTIO I.

**IVRISPRUDENTIA PRIVATA EC-  
CLESIASTICA ABSOLVTA.**

§. 54.

Cum religio absoluatur determinato modo deum colendi, & iurisprudentia priuata ecclesiastica absoluta contineat iura & obligationes circa religionem hominum extra ecclesiam viuentium, omnia hic redeunt ad generalia de cultu diuino & religione, & in specie duas cultus diuini species, internum nimirum & externum; hincque haec sectio sequentes continet titulos:

TIT. I. De cultu diuino & religione in genere.

TIT. II. De cultu diuino interno.

TIT. III. De cultu diuino externo.

K 3

§. 55.

## §. 55.

Primam sectionem, iurisprudentiam priuatam ecclesiasticam sistentem, excipit sectio altera quae continet socialem (§. 53.).

## SECTIO II.

*IURISPRUDENTIA PRIVATA ECCLESIASTICA SOCIALIS.*

## §. 56.

Cum iurisprudentia ecclesiastica socialis ecclesiam præsupponat, quid ecclesia sit distincte exponi necesse est. Ecclesia vero solet esse instructa rebus quae cultui diuino vel mediate vel immedia te inseruiunt *ecclesiasticis* dictis, prout etiam constat ex certis personis, quae peculiaribus gaudent iuribus & obligationibus, & ab eo quod ecclesiae membra sint *personae ecclesiasticae* dicuntur. Dantur etiam hominum actiones quae religionem, & eius colendae gratia consociatam ecclesiam respiciunt, & partim liturgiam, si licitaे, partim *delicta ecclesiastica*, si illicitae sunt, constituunt. Unde & doctrinae de liturgia & de ecclesiasticis

cis delictis, cum reliquis recensitis ad hanc sectionem pertinent, omnesque ita possunt in ordine quo se inuicem subsequuntur tradi, prout sequentes titulorum, quos haec sectio continet, inscriptiones docent.

TIT. I. De ecclesia in genere.

TIT. II. De liturgia.

TIT. III. De rebus ecclesiasticis.

TIT. IV. De personis ecclesiasticis.

TIT. V. De delictis ecclesiasticis.

TIT. IV.

**DE IURISPRUDENTIA PRIVATA FEVDALI.**

**§. 57.**

Cum feuda sint iuris naturalis, & in jurisprudentia positiva Imperii R. G., cum fere tota Germania feudalis, prolixe de feudis agendum, nec in systemate jurisprudentiae naturalis doctrina de feudis vel plane praetermittenda, vel tantum incidenter tractanda, vnde

LIB. III.

**IVRISPRVDENTIA PRIVATA  
FEVDALIS.****§. 58.**

In hac tractatione vero merito praemittendum in quo feudorum natura & indoles consistat, vnde

**TIT. I. De feudo in genere.**

**§. 59.**

Ipsa iura, ipsaeque obligationes vero circa feuda partim respiciunt actus qui circa feuda obueniunt, partim ipsum feudum. Inter actus qui circa feuda obueniunt primo loco is considerandus quo ex allodio fit feudum, quem *Infeudationem* appello, & postea is quo quis dominii feudi fit particeps, quem *Feudi acquisitionem* appello, vnde:

**TIT. II. De infeudatione.**

**TIT. III. De feudi acquisitione.**

**§. 60.**

Absolutis doctrinis ad infeudationem & feudi acquisitionem pertinenteribus, cognosci possunt iura & obligationes circa ipsum feudum, quae sunt iura & obligationes

tiones domini feudi & vasalli. His cognitis quid circa tertium actum feuda resipientem, feudi nimirum *amissionem*, quae est dominii feudi priuatio, iustum sit demonstrari potest; vnde anteriores titulos excipiunt

TIT. IV. De iuribus & obligationibus domini feudi & vasalli.

TIT. V. De feudi ammissione.

TIT. V.

**DE IURISPRUDENTIA PUBLICA POLITICA.**

§. 61.

Veritates de iuribus & obligationibus inter subsiditum & superiorem, quae constituunt iurisprudentiam publicam (Lib. I. §. 222.), & quidem politicam, quatenus nec religionem nec feuda concernunt (L.I. §. 229.), redeunt ad tria summa capita; nimirum cum superior & subditi sine republica concipi nequeant, *tractationem de constitutione reipublicae*, cumque ius quod superiori in subditos competit sit imperium ciuile, iura vero in eo contenta iura maiestatica appellantur *tractationem de iuribus maiestaticis*, & subditi

K 5

tam

tam quam superior tales fieri debeant, & esse desinere possint, certisque instructi esse debeant qualitatibus, tractationem de modis, quibus subditi & superior tales fiunt, esse desinunt, eorumque qualitatibus. Vnde oriuntur hae generales partitiones.

## PARS II.

## IVRISPRVDENTIA PVBLICA.

LIB. I.  
IVRISPRVDENTIA PVBLI-  
CA POLITICA.

## SECTIO I.

## DE CONSTITUTIONE REIPUBLICAE.

§. 62.

Rerpublicam constituunt tria, *imperium ciuile, membra reipublicae & territorium*; hincque in hac sectione, praemissis quibusdam de republica in genere generalibus, de his agendum, vnde:

TIT. I. De republica in genere.

TIT. II. De imperio ciuili eiusque partibus &amp; speciebus.

TIT. III. De membris reipublicae.

TIT. IV. De territorio reipublicae.

§. 63.

§. 63.

Hanc tractationem sequitur iuxta ea quae (§. 61.) dicta, doctrina de iuribus maiestaticis. In hac doctrina vero tam quae nā sit illa iura quae maiestatica dicuntur explicandum quam de modo ea exercendi agendum. Inde est sectionem secundam sequenti modo pertrahētari.

SECTIO II.

**DE IURIBVS MAIESTATICIS.**

CAPUT I.

**DE IURIBVS MAIESTATICIS IPSIS.**

TIT. I. De iuribus maiestaticis circa administrationem iustitiae.

TIT. II. De iuribus maiestaticis circa politiam.

TIT. III. De iuribus maiestaticis circa bellum, foedera & legationes.

TIT. IV. De iuribus maiestaticis circa personas.

TIT.

**TIT. V.** De iuribus maiestaticis circa res.

**TIT. VI.** De officiis subditorum erga superiorem.

**CAPUT II.**

**DE MODO QVO IVRA MAIESTATICA EXERCENTVR.**

**TIT. I.** De modo quo iura maiestatica exercentur in monarchia.

**TIT. II.** De modo quo iura maiestatica exercentur in democracia & aristocratia.

**TIT. III.** De modo quo iura maiestatica in formis rerumpublicarum irregularibus, & systemate rerumpublicarum exercentur.

**§. 64.**

Per ea quae (§. 61.) dicta patet, his praemissis de modis quibus superior & subditi tales fiunt, esse desinunt, corumque qualitatibus agendum esse. Cumque non semper statim finito unius regimine

mine adsit iterum aliquis qui in eius locum succedit, tumque interregnum oritur, & haec doctrina huc pertinet. Sequitur itaque iam

SECTIO III.

**DE MODO QVO SUPERIOR ET SUBSIDITI TALES FIUNT, ESSE DESINUNT, EORVMQVE QUALITATIBVS, VT ET DE INTERREGNO.**

TIT. I. De modo quo superior talis fit, esse definit, eiusque qualitatibus.

TIT. II. De modo quo subditi tales fiunt, esse desinunt, eorumque qualitatibus.

TIT. III. De interregno.

TIT.

## TIT. VI.

**DE IVRISPRUDENTIA PUBLICA ECCLESIASTICA ET FEVDALI.**

§. 65.

Iura & obligationes quae sunt inter subditum & superiorem intuitu religio-  
nis, quarum tractatio iurisprudentiam publicam ecclesiasticam constituit (§.  
230.Lib. I.), differunt pro diuersitate relationis ecclesiae ad rempublicam quae est vel collegium aequale vel hierarchia, ita ut in priori casu ius principis circa sacra, in posteriori vero imperium papale locum habeat. Quae cum ita sint tota jurisprudentia publica ecclesiastica sequenti modo pertractari potest.

LIB. II.

**IVRISPRUDENTIA PUBLICA  
ECCLESIASTICA.**

TIT. I. De relatione ecclesiae ad rempublicam.

TIT. II. De iure principis circa sacra in genere.

TIT.

TIT. III. De iuribus principis circa  
sacra maiestaticis.

TIT. IV. De imperio papali.

§. 66.

Iurisprudentia publica feudal is non  
tam prolix a est, vt eam sub specialibus  
rubris tractari necesse sit, hincque tota  
traditur sub rubro generali:

L I B. III.

**IVRISPRVDENTIA PVBLICA  
FEVDALIS.**

TIT. VII.

**DE IVRISPRVDENTIA GENTIVM.**

§. 67.

Absolutis iuribus & obligationibus in-  
ter homines extra rempublicam viuentes,  
& inter subditum & superiorum in repu-  
blica, sequuntur iura & obligationes gen-  
tium inter se, vnde;

**PARS**

## PARS III.

## IVRISPRVDENTIA GENTIVM.

## §. 68.

Gentium iura & obligationes inter se partim religionem, partim feuda, partim netrum horum concernunt, vnde tres oriuntur eius partes, quarum primam hic recensitam sistit;

## LIB. I.

## IVRISPRVDENTIA GENTIVM POLITICA.

## §. 69.

Priusquam ipsa iura & obligationes inter gentes cognosci possunt, varia generalia praemittenda, quae sistit

## SECTIO I.

*DE GENTE ET IVRISPRVDENTIA GENTIVM IN GENERE.*

TIT. I: De gentis notione & speciebus.

TIT. II. De fundamentis iurium & obligationum inter gentes.

TIT.

TIT. III. De iurium & obligationum gentium inter se diuersitate, inde que fluente iurisprudentiae gentium diuersitate.

§. 70.

Ipsa iura & obligationes inter gentes vero, cum gentes reprecentent individua humana extra rempublicam viuentia; eodem modo, quo supra singulorum hominum extra rempublicam viuentium iura & obligationes tradi posse docuimus, mutatis mutandis pertractari possunt. Inde patebit, cur vltior iurisprudentiae gentium tractatio sequenti modo instituenda:

SECTIO II.

*DE IPSIS IVRIBVS ET OBLIGATIONIBVS  
GENTIVM INTER SE.*

CAPVT I.

DE OFFICIIS GENTIVM INTER SE ABSOLVTIS  
ET CVM IIS CONNEXIS IVRIBVS.

CAPVT. II.

DE OFFICIIS GENTIVM INTER SE HYPOTHE-  
TICIS ET CVM IIS CONNEXIS IVRIBVS.

L.

MEM.

MEMBRVM I.  
*DE IVRE RERVM; ET IN SPECIE  
IVRE IN RE.*

TIT. I. De dominio gentium in genere, & in specie dominio gentium proprio.

TIT. II. De dominio gentium communis seu vulgari.

TIT. III. De iure hereditario & iure possessionis.

MEMBRVM II.  
*DE IVRE AD REM; ET QVIDEM IN  
SPECIE CIVILL.*

TIT. I. De iure ad tem & foederibus in genere.

TIT. II. De foederibus belli offensivis & defensivis.

TIT. III. De foedere neutralitatis.

TIT. IV. De induciis & foederibus dediticiis.

TIT. V. De pace.

MEM-

MEMBRVM III.

*DE IURE AD REM CRIMINALI.*

MEMBRVM IV.

*DE IURE PERSONARVM*

TIT. I. *De statu superioris gentis.*

TIT. II. *De statu legatorum & in specie variis eorum speciebus.*

TIT. III. *De receptione, & reiectione legatorum.*

TIT. IV. *De iniuiolabilitate, sanctitate & reliquis legatorum iuribus.*

TIT. V. *De statu peregrinorum.*

§. 71.

Iurisprudentia gentium, ecclesiastica tam quam feudalis, non continent tot doctrinas ut illas separari opus sit, vnde omnes coniungi possunt sub rubris generalibus;

LIB. II.

**IURISPRUDENTIA GENTIVM  
ECCLESIASTICA.**

L I B . III.

I V R I S P R V D E N T I A G E N T I V M  
F E V D A L I S .

T I T . VIII.

D E I V R I S P R V D E N T I A  
P R A C T I C A .

§. 72.

Absoluta iurisprudentia theoretica sequitur practica, quae docet modum expediendi negotia quae iura & obligatio-nes concernunt, haecque tractatio con-stituit:

T O M . II.

I V R I S P R V D E N T I A P R A C T I C A .

§. 73.

Iurisprudentia practica vero constat iuxta superiora (§. 236. Lib. I.) duabus par-tibus, quarum alteram bellicam, alte-ram pacificam appello. Abellica, quip-pe quae iam in statu naturali locum ha-bet, initium facio.

PARS

PARS I.

IVRISPRVDENTIA PRACTICA BELLICA.

§. 74.

Cum vero iurisprudentia practica bellica versetur circa vim, quae exercetur aut per repressalia aut per bellum, de his doctrinis in hac prima parte agendum ita:

TIT. I. De iis qui mediis violentis vti possunt, eorumque speciebus.

TIT. II. De repressaliis.

TIT. III. De modo bella gerendi, & quidem quoad actus qui hostilitates antecedunt.

TIT. IV. De hostilitatibus ipsis.

TIT. V. De iis quae hostilitates subsequuntur.

TIT. VI. De postliminio in bello.

L 3

§. 75.

## §. 75.

Iurisprudentiae practicae secunda pars est iurisprudentia practica pacifica (§. 73.), vnde absolute iurisprudentia practica bellica ea sequitur.

## PARS II.

## IVRISPRVENTIA PRACTICA PACIFICA.

## §. 76.

Modus sine vi expediendi negotia quae iura & obligationes concernunt, differt prout homines vel adhuc extra rempublicam constituti sunt, vel in re publica viuunt; vnde haec a se inuicem diversa themata separanda sunt. Differunt vero porro inter se negotia prout vel litigiosa sunt vel non, quoad homines extra rempublicam viuentes, & prout vel iudicialia vel extrajudicialia, & iudicialia vel litigiosa sive contentiosae iurisdictionis, vel non litigiosa, sive voluntariae iurisdictionis, sunt, quoad homines in republica viuentes. Hinc tota iurisprudentia practica naturalis pacifica, sequenti modo tradi potest:

LIB.

L I B . I .

IVRISPRVDENTIA PRACTICA PACI-  
FICA QVOAD NEGOTIA HOMI-  
NVM EXTRA REMPVBLICAM  
VIVENTIVM.

TIT. I. De iurisprudentia practica pacifica hominum extra rempublicam viuentium in genere.

TIT. II. De negotiis non litigiosis.

TIT. III. De negotiis litigiosis.

L I B . II .

IVRISPRVDENTIA PRACTICA  
PACIFICA IN NEGOTIIS HO-  
MINVM IN REPVBLICA  
VIVENTIVM.

TIT. I. De iis quae ad administrationem iustitiae in republica requiruntur.

TIT. II. De negotiis extra iudicialibus.

TIT. III. De negotiis iudicialibus in genere, & in specie iis quae sunt voluntariae iurisdictionis.

TIT. IV. De actibus contentiosae  
iurisdictionis, & in specie processu.

TIT. V. De actibus in processu ob-  
uenientibus.

TIT. VI. De processu ipso, & qui-  
dem priuato.

TIT. VII. De processu publico.

TIT. IX.

DE IURISPRUDENTIA AD IMPE-  
RANTES ADPLICATA.

§. 77.

Vltimum in systematae iurisprudenciae occupat locum iurisprudentia ad Imperantes applicata (§. 219. Lib. I.), cuius tractatio constituit

TOM. III.

IURISPRUDENTIA AD IMPER-  
RANTES ADPLICATA.

§. 78.

Differunt vero Imperantium iura & obligationes prout vel summo, vel non nisi

nisi subordinato imperio gaudent, hincque praemissis quibusdam generalibus, in specialiori tractatione hi a se inuicem separandi, & haec pars ita absolui potest:

TIT. I. *De iurisprudentia ad Imperantes applicata in genere.*

TIT. II. *De iurisprudentia ad Imperantes qui summo imperio gaudent applicata.*

TIT. III. *De iurisprudentia ad Imperantes qui non nisi subordinato imperio gaudent applicata.*

§. 78.

Haec quam exhibui systematis iurisprudentiae naturalis delineatio, continet ideam systematis elementaris universae iurisprudentiae naturalis MSR. a me ante annum & quod excurrit elaborati, in usum mearum preelectionum.

L 5 SECT.

**SECT. III.**

DE

**METHODO DOCENDI ET DIS-  
CENDI IVRISPRVDENTIAM  
NATVRALEM.****TIT. I.****DE METHODO DOCENDI IVRIS-  
PRVDENTIAM NATVRALEM.****§. 79.**

Quae (Lib. i. Sect. 3. Tit. 3, 4. & 5.) de methodo docendi in genere dicta, in docenda iurisprudentia naturali etiam locum habent, vnde hoc loco tantum specialia quaedam methodum docendi iurisprudentiam naturalem respicientia addenda.

**§. 80.**

*Docens iurisprudentiam naturalem praesertim limites inter Methaphysicam & Iurisprudentiam naturalem, ut & inter Ethicam Politicam & Iurisprudentiam naturalem, nec non inter iurisprudentiam positinam & naturalem*

*lem obseruare debet, quippe qui saepe  
negligi solent.*

§. 81.

*Prout quilibet docens in docendo vti  
debet methodo demonstratiua (§. 336.  
Lib. I.), ita etiam docens iurispruden-  
tiam naturalem ea vti debet, & non ni-  
si demonstrationes philosophicae in do-  
cenda iurisprudentia naturali sunt ad-  
bibendae (§. 330. Lib. I.).*

§. 82.

*Docens iurisprudentiam naturalem  
ordinem talem in tradendis veritatibus  
ad iurisprudentiam naturalem perti-  
nentibus obseruare debet, qui etiam in  
tradendis veritatibus ad iurispruden-  
tiam positivam pertinentibus applicari  
potest.*

§. 83.

*Docens iurisprudentiam naturalem  
terminis vti debet in eo significatu quem  
ICti in suis scholis iis tribuunt.*

§. 84.

## §. 84.

*Qui iurisprudentiam naturalem in  
vsum iurisprudentiae positivae docet,  
praesertim ea iurisprudentiae natura-  
lis capita enucleare debet, quae in iu-  
risprudentia positiva addiscenda vsum  
habent.*

## TIT. II.

DE METHODO DISCENDI IURIS-  
PRUDENTIAM NATVRALEM.

## §. 85.

Discens iurisprudentiam naturalem ea  
quae de methodo discendi (Lib. i. Sect. 3.  
Tit. 6. 7. 8.) dicta obseruare debet, quibus  
iam specialia quaedam addenda.

## §. 86.

*Studia subsidiaria specialia iurispru-  
dentiae naturalis non dantur, sed po-  
tius generalia, quae sunt Mathesis,  
Philosophiae in specie sic dictae reliquae  
partes, & Historia litteraria iurispru-  
dentiae naturalis (§. 400. Lib. i.) suf-  
ficiunt.*

## §. 87.

§. 87.

Constat vero historia litteraria iurisprudentiae naturalis, prout in genere historia litteraria (§. 88. seqq. Lib. I.), tribus partibus, *Bibliographia*, *Biographia* & *Historia litteraria iurisprudentiae naturalis in specie sic dicta*.

§. 88.

In addiscenda historia litteraria iurisprudentiae naturalis quinque constitutae sunt Epochae:

EPOCHA. I. A tempore quo iurisprudentiam naturalem eruditi excolere coeperunt usque ad Grotium.

EPOCHA. II. A Grotio usque ad Puffendorfium.

EPOCHA. III. A Puffendorfio usque ad Thomasium.

EPOCHA. IV. A Thomasio usque ad Wolfium.

EPO-

EPOCHA V. A Wolfio vsque ad nostra tempora.

§. 89.

Ordo in addiscenda Iurisprudentia naturali obseruandus, hic est: praemissa philosophia practica vniuersali theoretica iurisprudentia naturalis theoretica primo loco addiscenda, & quidem a priuata initium faciendum, eam sequi debet publica, hanc excipere debet iurisprudentia gentium, tumque practica, & post eam Iurisprudentia ad imperantes applicata addenda.

§. 90.

*Studium iurisprudentiae naturalis a studio iurisprudentiae positivae est inseparabile.*

LIB.

## LIB. III.

PRAECOGNITA IVRIS-  
PRVDENTIAE POSI-  
TIVAE.

## SECTIO I.

DE

IVRISPRVDENTIA POSITIVA  
IN GENERE.

## TIT. I.

DE VERITATIBVS AD IVRIS-  
PRVDENTIAM POSITIVAM  
PERTINENTIBVS, EARVM-  
QUE RATIONIBVS ET CO-  
GNITIONE.

## §. 1.

Iura positiva & obligationes positivae  
(§. 7. Lib. 2.) dupli modo per vo-  
luntatem entis rationalis possunt consti-  
tui; vel per leges quas superior subiectis  
praescribit, vel tales quas aequales pa-  
cto inter se constituunt.

## §. 2.

## §. 2.

*Non omnes veritates quae corpora iuris continent, ideo ad iurisprudentiam positivam pertinent.*

## §. 3.

*Veritatum iura positiva & obligationes positivas concernentium complexus constituit jurisprudentiam positivam. (§. 289. Lib. I.)*

## §. 4.

*Veritates ad jurisprudentiam positivam pertinentes sunt veritates positivae. (§. 3. §. 7. Lib. 2. & §. 9. Lib. 1.)*

## §. 5.

*Non omnes veritates ad jurisprudentiam positivam pertinentes rationes necessarias habent, sed potius earum rationes mox necessariae mox arbitrariac sunt (§. 20. Lib. I. & §. 4.).*

## §. 6.

*Mere ciuile seu mere positivum dicuntur, quod non nisi ratione quadam arbitraria nititur.*

## §. 7.

§. 7.

Sunt porro rationes veritatum ad iurisprudentiam positiuam pertinentiam, prout ipsarum legum rationes, vel *morales* vel *legales* vel *historicae*, & hae dicuntur quae desumuntur a facto, illae quae desumuntur ex alia lege, istae quae desumuntur a rectitudine actionis.

§. 8.

*Quamuis omnes veritates ad iurisprudentiam positiuam pertinentes suas habeant rationes, non tamen omnium dari ratio potest.*

§. 9.

*Principium cognoscendi veritates ad iurisprudentiam positiuam pertinentes est reuelatio (§. 4. & §. 24. Lib. 1.).*

§. 10.

*Datur triplex veritatum ad iurisprudentiam positiuam pertinentium cognitio, historica, philosophica & mathematica.*

## TIT. II.

**DE GENVINA IVRISPRVDEN-**  
**TIAE POSITIVAE NOTIONE,**  
**ET ICTIS CIVILISTIS EQ-**  
**RVMQVE SPECIEBV.**

## §. 11.

Iurisprudentiae positivae, quae etiam appellatur, civilis, die bürgerliche Rechtsgelehrtheit, vocabulum, prout in genere eruditio, mox obiectiue mox subiectiue sumitur, & hoc casu prout eruditio subiectiue considerara vel in abstracto vel in concreto sumitur (§. 27. Lib. I.). Est vero obiectiue sumta pars quaedam iurisprudentiae obiectiue sumtae (§. 12. Lib. 2.), & quidem ea quae non nisi iuta positiva & obligationes positivas continet (§. 7. Lib. 2.)

In legibus duae definitiones legales iurisprudentiae traduntur, quarum una haec est: *Iurisprudentia est rerum diutinorum & humanarum notitia, iusti atque iniusti scientia* l. 10. §. 2. ff. de I. & I. §. 1. I. de I. & I. altera vero: *Ius est ars acquis & boni* l. 1. pr. ff. de I. & I. Doctrinalis iurisprudentiae definitio fere communis autem haec est: *Iurisprudens*

tia

*tia est habitus practicar, leges recte inter-  
pretandi applicandique rite quibusvis ca-  
ribus obuenientibus.*

§. 12.

Sunt qui iurisprudentiam in legislato-  
riam, consultatoriam & iudiciariam di-  
uidunt, & per *legislatoriam* intelligunt  
scientiam leges ita ferendi ut salus & se-  
curitas publica per eas promoueatut, per  
*consultatoriam* scientiam de mediis pro-  
mouendi utilitatem in actibus iura & ob-  
ligationes concernentibus, per *iudicia-  
riam* scientiam prudenter adplicandi le-  
ges latas ad casus obuenientes, est vero  
haec diuisio falsa.

§. 13.

Qui iuris peritiam, iurisscientiam &  
iurisprudentiam, tanquam tres species a  
se inuicem distinctas, ponunt, & per *iur-  
isperitiam* intelligunt cognitionem iu-  
risprudentiae historicam, per *iurisscien-  
tiam* cognitionem iurisprudentiae philo-  
sophicam & per *iurisprudentiam* habitum  
leges rite ad factum applicandi, entia  
praetet necessitate multiplicant.

M 2

§. 14.

## §. 14.

Prout ICtum qui callet iurisprudentiam naturalem Naturalistam adpellauimus (§. 15. Lib. 2.), ita eum qui callet iurisprudentiam positivam *Civilistam* adpellamus; qui etiam secundum excellētiām *ICtus*, seu *Jurista* appellatur.

Dicatur de Feudistis, Decretistis seu Canonistis, Publicistis & Civilistis in specie sic dictis.

## §. 15.

*ICtus instructus esse debet habitu leges recte interpretandi, & ad casus obuenientes rite applicandi.*

## §. 16.

*Leguleius* dicitur qui leges non rite interpretatur, *Rabula* vero qui eas non rite applicat.

## §. 17.

Quae (§. 37-49. seqq. Lib. 1.) de eruditis in genere dicta ea omnia ad ICtos possunt applicari.

## §. 18.

§. 18.

Finis iurisprudentiae positivae est iustitia; & quidem non *externa* ut aiunt solum, per quam intelligunt conformitatem actionum externalium cum lege, sed & *interna*, qualem Vlpianus l. 10. ff. de I. & I. definit, per constantem & perpetuam voluntatem ius suum cuique tribuendi, quamvis ICtus acquiescat, si actiones externae legibus sint conformes, nec ideo tota doctrina de iustitia, ad philosophiam practicam pertinens, iurisprudentiae positivae tractationi inferenda.

CONRADI de iustitia interna a fine iurisprudentiae ciuilis non separanda. GEBAVER de iustitia & iure.

TIT. III.

DE NEXV ET LIMITIBVS IN-  
TER IVRISPRVDENTIAM PO-  
SITIVAM ET RELIQVAS ER-  
DITIONIS PARTES.

§. 19.

Nexus inter iurisprudentiam positivam & reliquas eruditionis partes dupli-  
ci modo considerari potest, vel respectu

*iurisprudentiae naturalis*, vel respectu  
*reliquarum eruditionis partium praeter iurisprudentiam naturalem*. Cumque de priori nexu iam supra (§. 21, Lib. 2.) actum, de posteriori hic tantum agendum.

## §. 20.

Est vero iurisprudentia positiva in artissimo nexu cum *philologia & theologia positiva*; dum nonsolum sub eodem genere proximo continetur cum his disciplinis, sed & praeterea materialiter influunt hae disciplinae in iurisprudentiam positivam.

## §. 21.

Nexus inter iurisprudentiam positivam & reliquas *philosophiae in specie sic dictae partes praeter iurisprudentiam naturalem* talis est, quod omnes quidem philosophiae in specie sic dictae praeter iurisprudentiam naturalem partes sub uno genere, nimirum philosophy in sensu latiori sic dicta contineantur, est tamen specialior adhuc nexus respectu *ontologiae & psychologiae quae praeterea per*

per materialem influxum connexae cum iurisprudentia positiva.

§. 22.

Laxior vero est nexus inter iurisprudentiam positivam & *mathesin*, qui idem est qui est inter iurisprudentiam naturalem & *mathesin* (§. 23. Lib. 2.). Nexus vero inter iurisprudentiam positivam & *historiam* ideo arctior est, quoniam *historia* in iurisprudentiam positivam materialiter influit.

§. 23.

Limites inter iurisprudentiam positivam & reliquas eruditionis partes conueniunt cum limitibus inter iurisprudentiam naturalem & reliquas eruditionis partes (§. 24. seqq. Lib. 2.)

Diss. nr. epist : De limitibus inter philosophiam & iurisprudentiam.

## SECT. II.

## DE SINGVLIS IVRISPRVDENTIAE POSITIVAE PARTIBVS SIGILLATIM.

§. 24.

Cum iam supra (Lib. 2. Sect. 2.) de ordine in singulis iurisprudentiae naturalis partibus obseruando actum, idem ordo vero in genere etiam in tradenda iurisprudentia positiva merito obseruari debeat, & a me in systemate meo elementari vniuersae iurisprudentiae positivae communis Imp. R. G. quod itidem iam elaboratum, obseruatus; non opus erit ut quae in antecedentibus iam dicta repetam. Et quamuis hinc inde tituli quidam desint qui in systemate iurisprudentiae naturalis exstant, & hinc inde alii adsint qui in systemate iurisprudentiae naturalis desunt, quilibet tamen unde hae differentiae oriuntur ex diuersa natura & indole harum diuersarum iurisprudentiae partium facile, vel me non monente, perspicere potest. Ut itaque breuitati studeam sine ulteriori explicatione subiicio:

SCIA-

SCIAGRAPHIAM

SYSTEMATIS ELEMENTARIS VNIVERSAE IVRISPRUDENTIAE POSITIVAE COMMUNIS IMP. R. G.

TOM. I.

*IVRISPRUDENTIA POSITIVA GENERALIS.*

TIT. I. De iuribus & obligationibus in genere.

TIT. II. De legibus positivis in genere.

TIT. III. De consuetudine.

TIT. IV. De actibus iuridicis in genere.

TIT. V. De die, conditione, modo, iuramento promissorio, & poena conuentionali.

TIT. VI. De ignorantia, errore, metu, dolo, culpa, casu.

M 5

TIT.

TIT. VII. De interpretatione iuri-  
dica.

TIT. VIII. De adlicatione legum  
ad facta.

TIT. IX. De personis.

TIT. X. De rebus iuridicis.

TIT. XI. De acquisitione iurium &  
obligationum.

TIT. XII. De probatione iurium &  
obligationum.

TIT. XIII. De consecratione iurium  
& obligationum.

TIT. XIV. De amissione iurium &  
obligationum.

TIT. XV. De expletione iurium &  
obligationum.

TIT. XVI. De chronologia iuridica.

TIT. XVII. De variis terminis tech-  
nicis iuridicis generalibus & chara-  
cteribus iuridicis.

TIT.

*de singul. iurispr. pos. part. sigillat. 187*

TIT. XVIII. De computatione gra-  
duum.

TOM. II.

*IVRISPRVDENTIA THEO-  
RETICA.*

PARS I.

*IVRISPRVDENTIA PRIVATA.*

LIB. I.

*IVRISPRVDENTIA PRIVA-  
TA POLITICA.*

PROLEGOMENA.

*DE FONTIBVS ET SVBSIDIIS IV-  
RISPRVDENTIAE PRIVA-  
TAE POLITICAE.*

SECTIO I.

*DE IVRE RERVM.*

CAPVT I.

*DE IVRE IN RE.*

MEMBRVM I.

*DE DOMINIO.*

TIT.

**TIT. I.** Generalia de iure rerum & dominio.

**TIT. II.** De dominio pleno & minus pleno.

**TIT. III.** De condominio siue bonorum communione.

**TIT. IV.** De singularibus quibusdam dominii minus pleni speciebus.

**TIT. V.** De seruitutibus in genere.

**TIT. VI.** De seruitutibus realibus.

**TIT. VII.** De seruitutibus personalibus.

**TIT. VIII.** De iuribus & obligacionibus inter eum cui seruitus competit & praedii seruientis dominum.

**TIT. IX.** De iure pignoris.

**TIT. X.** De speciebus dominii.

**TIT. XI.** De acquisitione dominii.

**TIT.** •

TIT. XII. De conuersatione domini & expletione iurium & obligationum ex dominio.

TIT. XIII. De amissione dominii.

MEMBRVM II.

*DE IURE HEREDITARIO.*

TIT. I. De iure hereditario in genere.

TIT. II. De iure hereditario pactitio.

TIT. III. De iure hereditario testamentario.

TIT. IV. De iure hereditario legali.

TIT. V. De iure hereditario praetorio siue bonorum possessione.

TIT. VI. De acquisitione iuris hereditarii.

TIT. VII. De conseruatione & expletione iuris hereditarii.

TIT. VIII. De ammissione iuris hereditarii.

MEM-

## MEMBRVM III.

*DE IVRE POSSESSIONIS.*

TIT. I. De iure possessionis in generere.

TIT. II. De iure possessionis affirmatio.

TIT. III. De iure possessionis negatio.

TIT. IV. De acquisitione iuris possessionis.

TIT. V. De conseruatione & explatione iuris possessionis.

TIT. VI. De amissione iuris possessionis.

## CAPVT. II.

*DE IVRE AD REM.*

## MEMBRVM I.

*DE IVRE AD REM CIVILEM.*

TIT. I. De iure ad rem & pactis in generere.

TIT.

- TIT. II. De pactis legitimis.
- TIT. III. De contractibus in genere.
- TIT. IV. De contractibus realibus.
- TIT. V. De contractibus verbalibus  
& litteralibus.
- TIT. VI. De contractibus consensualibus.
- TIT. VII. De contractibus innominatis,
- TIT. VIII. De quasi contractibus.
- TIT. IX. De pactis adiectis.
- TIT. X. De singularibus quibusdam  
pactorum speciebus.
- TIT. XI. De quibusdam pluribus pa-  
ctis communibus.
- TIT. XII. De pollicitationibus.
- TIT. XIII. De iuribus & obligatio-  
nibus immediatis ad ius ad rem ci-  
uile pertinentibus.

M E M.

## MEMBRVM II.

*DE IURE AD REM CRIMINALI.*

TIT. I. De delictis in genere.

TIT. II. De poenis in genere.

TIT. III. De delictis quae sunt contra officia erga nos.

TIT. IV. De delictis quae sunt contra officia erga alios, in specie iis quibus alii quoad bona sua laeduntur.

TIT. V. De delictis quibus alii quoad corpus laeduntur.

TIT. VI. De delictis quibus alii quoad existimationem laeduntur.

TIT. VII. De reliquis delictis ad iurisprudentiam priuatam politicam pertinentibus.

TIT. VIII. De acquisitione confirmatione explectione & amissione iuriuum & obligationum ex delictis.

SECT.

SECTIO II.

DE IVRE PERSONARVM.

CAPVT I.

DE IVRE PERSONARVM SECUNDVM STA-  
TVM NATVRALEM.

TIT. I. De iure personarum in ge-  
nere.

TIT. II. De statu nasciturorum.

TIT. III. De statu partus illegitimi.

TIT. IV. De statu sexus.

TIT. V. De statu aetatis.

TIT. VI. De statu vitio animae vel  
corporis laborantium.

CAPVT II.

DE IVRE PERSONARVM SECUNDVM  
STATVM CIVILEM.

MEMBRVM I.

DE IVRE PERSONARVM SECUNDVM STATVM  
CIVILEM VVIGAREM.

TIT. I. De statu nobilium.

N

TIT.

TIT. II. De statu plebeiorum.

TIT. III. De statu militum.

TIT. IV. De statu litteratorum.

TIT. V. De statu mercatorum.

TIT. VI. De statu opificum.

TIT. VII. De statu peregrinantium,  
hospitatorum & vectorum.

TIT. VIII. De statu cognationis.

TIT. IX. De statu famae.

TIT. X. De statu tutoris & pupilli.

TIT. XI. De statu successoris, praesertim heredis.

### MEMBRVM II.

*DE IVRE PERSONARVM SECUNDVM  
STATVM CIVILEM IN SPECIE  
SIC DICTVM.*

TIT. I. De statu libertatis.

TIT. II. De statu ciuitatis.

TIT.

TIT. III. De statu familiae, & in spe-  
cie statu coniugali.

TIT. IV. De statu paternitatis & fi-  
liationis.

TIT. V. De actionibus praecuidicia-  
libus.

LIB. II.

## **IVRISPRVIDENTIA PRIVA- TA ECCLESIASTICA.**

### **PROLEGOMENA.**

**DE ECCLESIA IN GENERE, ET  
IVRISPRVIDENTIAE PRIVATAE  
ECCLESIASTICAE FONTIBVS  
ATQVE SVBSIDIIS.**

### **SECTIO I. DE LITURGIA.**

TIT. I. De liturgia in genere.

TIT. II. De interpretatione volun-  
tatis diuinae, & connexis.

TIT. III. De consecrationibus, de-  
dicationibus & canonisationibus.

N a

TIT.

**TIT. IV.** De sacramentis in generé,  
& in specie de baptismo & confir-  
matione.

**TIT. V.** De poenitentia & eucha-  
ristia.

**TIT. VI.** De extrema vunctione, or-  
dine & coniugio.

### SECTIO II.

#### *DE REBUS ECCLESIASTICIS.*

**TIT. I.** De rebus ecclesiasticis in ge-  
nere.

**TIT. II.** De templis eorumque per-  
tinentiis.

**TIT. III.** De coemeteriis.

**TIT. IV.** De bonis ecclesiasticis.

**TIT. V.** De iuribus specialibus re-  
rum ecclesiasticarum.

### SECTIO

SECTIO III.

DE PERSONIS ECCLESIASTICIS.

CAPVT I.

DE PERSONARVM ECCLESIASTICARVM FVNCTIONIBVS, ORDINATIONE ET VITA.

TIT. I. De personis ecclesiasticis in genere.

TIT. II. De clericis minorum ordinum.

TIT. III. De Diaconis & Subdiaconis.

TIT. IV. De Presbyteris.

TIT. V. De Episcopis quatenus sunt sacerdotes.

TIT. VI. De Archipresbyteris & Chor-Episcopis.

TIT. VII. De Monachis.

TIT. VIII. De Canonicis & sacris ordinibus equestribus.

N. 3

TIT.

**TIT. IX.**, De ammissione & acquisitione status ecclesiastici.

**TIT. X.**, De vita & honestate clericorum.

**CAPUT II.**

**DE CLERICORVM BENEFICIIS, BONIS ET  
IVRIBVS SPECIALIBVS.**

**TIT. I.** De beneficiis in genere.

**TIT. II.** De collatione beneficiorum.

**TIT. III.** De oneribus beneficiorum.

**TIT. IV.** De beneficiorum pluralitate.

**TIT. V.** De singulis beneficiorum speciebus.

**TIT. VI.** De bonis clericorum.

**TIT. VII.** De specialibus clericorum iuribus.

SECTIO. IV.

DE DELICTIS ET POENIS  
ECCLESIASTICIS.

TIT. I. De delictis & poenis ecclesiasticis in genere.

TIT. II. De poenis clericorum propriis.

TIT. III. De poenis ecclesiasticis communibus.

TIT. IV. De delictis clericorum propriis.

TIT. V. De delictis ecclesiasticis communibus.

## LIB. III.

**IURISPRUDENTIA PRIVATA FEVDALIS.**

## PROLEGOMENA.

**DE FEVDO IN GENERE, ET  
IURISPRUDENTIAE PRIVA-  
TAE FEVDALIS FONTI-  
BVS ET SVBSIDIIS.**

## SECTIO I.

**DE INFEDATIQNE.**

**TIT. I.** De actibus quibus infeuda-  
tio absolvitur.

**TIT. II.** De rebus quae possunt in-  
feudari.

**TIT. III.** De personis quae possunt  
infeudare.

## SECTIO II.

**DE FEVDI ADQVISITIONE.**

**TIT. I.** De feudi acquisitione in ge-  
nere, & personis quae feudum ac-  
quirere possunt.

TIT.

TIT. II. De successione feudali.

TIT. III. De acquisitione feudi per  
praescriptionem.

TIT. IV. De acquisitione feudi per  
pactum.

### SECTIO III.

## *DE IURIBVS ET OBLIGATIONIBVS DO- MINI FEVDI ET VASALLI.*

### CAPVT I.

## *DE IURIBVS ET OBLIGATIONIBVS INTER DO- MINVM FEVDI ET VASALLVM.*

TIT. I. De iuribus domini & obli-  
gationibus vasalli quoad renouatio-  
nem inuestiturae.

TIT. II. De iuribus domini feudi &  
obligationibus vasalli circa perso-  
nam vasalli.

TIT. III. De iuribus domini feudi  
& obligationibus vasalli circa ipsum  
feudum.

**TIT. IV.** De iuribus vasalli & obligationibus domini, tam quoad personam domini, quam quoad feudum ipsum.

CAPVT. II.

**DE IURIBVS ET OBLIGATIONIBVS  
DOMINI FEVDI ET VASALLI RE-  
SPECTV ALIORVM.**

**TIT. I.** De iuribus obligationibus domini feudi & vasalli respectu descendentium a primo acquirente.

**TIT. II.** De iuribus & obligationibus domini feudi & vasalli respectu extraneorum.

SECTIO IV.

**DE FEVDI AMISSIONE.**

**TIT. I.** De feudi amissione in genere, & in specie amissione ex aliis causis quam propter delicta.

**TIT. II.** De feudi propter delictum amissione.

**PARS**

PARS I.

IVRISPRVDENTIA PVBLICA.

LIB. I.

IVRISPRVDENTIA PVBLICA  
CA POLITICA.

PROLEGOMENA.

DE IVRISPRVDENTIA PVBLICA IN GENERE, ET IVRISPRVDENTIAE PVBLICAE  
POLITICAE FONTIBVS  
ET SPECIEBVS.

SECTIO I.

DE CONSTITUTIONE IMPERII R. G.

CAPVT I.

DE TERRITORIO IMP. R. G.

TIT. I. De Imp. R. G. eiusque territorio in genere.

TIT. II. De territorii Imp. R. G. in prouincias diuisione.

TIT. III. De territorii Imp. R. G. in circulos diuisione.

CAPVT

**CAPVT II.****DE MEMBRIS IMP. R. G.****MEMBRVM I.****DE SINGVLIS MEMBRIS IMP. R. G.**

**TIT. I.** De membris Imp. R. G. in genere.

**TIT. II.** De Imperantibus Imp. R. G.

**TIT. III.** De statibus Imp. R. G.

**TIT. IV.** De reliquis membris Imp. R. G. quae non sunt status.

**TIT. V.** De officialibus Imp. R. G. palatinis.

**MEMBRVM II.****DE SOCIETATIBVS MEMBRORVM IMP. R. G. INTER SE.**

**TIT. I.** De collegiis statuum Imp. R. G.

**TIT. II.** De collegiis nobilium imperii immediatorum.

**TIT. III.** De circulis imperii.

**CAPV T**

CAPVT III.

DE IMPERII CIVILIS IN IMP. R. G. PAR-TIBVS ET SPECIEBVS.

SECTIO II.

DE IVRIBVS MAIESTATICIS IN IMPERIO SVMMO IMP. R. G. CONTENTIS.

CAPVT I.

DE IVRIBVS MAIESTATICIS IPSIS.

TIT. I. De iuribus maiestaticis circa administrationem iustitiae.

TIT. II. De iuribus maiestaticis circa politiam.

TIT. III. De iuribus maiestaticis circa bellum, foedera & legationes.

TIT. IV. De iuribus maiestaticis circa persona.

TIT. V. De iuribus maiestaticis circa res.

TIT. VI. De iure Regis Romanorum & Vicariorum circa iura maiesta-tica.

CAPV

## CAPVT. II.

**DE MODO QVO IVRA MAJESTATICA  
EXERCENTVR.**

TIT. I. De comitiis imperii vniuersalibus.

TIT. II. De comitiis imperii particularibus.

TIT. III. De comitiis circularibus.

TIT. IV. De comitiis collegialibus.

## SECTIO. III.

**DE MODO QVO IMPERANTES IMPERIIS R. G. ET STATVS IMP. R. G. TALE S FIVNT, ESSE DESINVNT, EQRVM-  
QVE QVALITATIBVS.**

TIT. I. De inauguratione imperatoris, eius qualitatibus & modo quo talis esse definit.

TIT. II. De inauguratione Regis Romanorum, modis quibus talis esse definit, eiusque qualitatibus.

TIT. III. De modis quibus status imperii tales sunt, esse definunt, eorumque qualitatibus.

LIB.

LIB. II.

I V R I S P R V D E N T I A P V B L I -  
C A E C C L E S I A S T I C A .

P R O L E G O M E N A .

D E E C C L E S I A E P O N T I F I C I A E E T  
P R O T E S T A N T I V M A D R E M P V B L I -  
C A M R E L A T I O N E , E T I V R I S P R V -  
D E N T I A E P V B L I C A E E C C L E S I A -  
S T I C A E F O N T I B V S A T Q V E  
S V B S I D I I S .

S E C T I O I .

I V R I S P R V D E N T I A P V B L I C A E C C L E S I A -  
S T I C A E E C C L E S I A E P O N T I F I C I A E .

C A P V T I .

D E M E M B R I S E C C L E S I A E P O N T I F I C I A E .

T I T . I . D e m e m b r i s e c c l e s i a e p o n -  
t i f i c i a e i n g e n e r e , & i n s p e c i e P o n t i -  
f i c e R o m a n o & C a r d i n a l i b u s .

T I T . I I . D e e p i s c o p i s e o r u m q u e v a -  
r i i s o r d i n i b u s .

T I T . I I I . D e m o n a c h o r u m s u p e r i o -  
r i b u s .

C A P V T

## CAPVT II.

## DE IURIBVS MAIESTATICIS.

TIT. I. De iuribus maiestaticis ipsis.

TIT. II. De modo quo iura maiestatica in ecclesia pontificalia exercentur.

## CAPVT III.

## DE MODO QVO IMPERANTES ECCLESIAE PONTIFICIAE TALES FIUNT, ESSE DESINVNT, EORVMQUE QUALITATIBVS.

TIT. II. De inauguratione pontificis, eius qualitatibus, & modis quibus talis esse definit.

TIT. II. De modis quibus Cardinales tales fiunt, esse desinunt, eorumque qualitatibus.

## SECTIO II.

## IURISPRUDENTIA PUBLICA ECCLESIASTICA ECCLESIAE PROTESTANTIVM.

## SECTIO III.

## DE RESERVATIS IMPERATORIS IN SACRIS.

LIB.

L.I.B. III.

**IVRISPRVDENTIA PUBLI.  
CA FEVDALIS.**

**PROLEGOMENA.**

**DE ORIGINE ET DEFINITIONE  
FEVDORVM IMPERII, ET IVRIS-  
PRVDENTIAE PUBLICAE FEV-  
DALIS FONTIBVS ET SVB-  
SIDIIS.**

**TIT. I. De infudatione feudorum  
imperii.**

**TIT. II. De acquisitione feudorum  
imperii.**

**TIT. III. De iutibus & obligationi-  
bus domini directi & vasalli in feu-  
dis imperii.**

**TIT. IV. De amissione feudorum  
imperii.**

O

**PARS**

## PARS III.

## IVRISPRVDENTIA GENTIVM.

LIB. I.

IVRISPRVDENTIA GENTIVM  
POLITICA.

## PROLEGOMENA.

DE IVRISPRVDENTIA GENTIVM  
POSITIVA GERMANICA IN GE-  
NERE, ET POLITICAE FON-  
TIBVS ET SVBSIDIIS.

## SECTIO I.

*DE IVRE RERVM.*

TIT. I. De rebus publicis cum Ger-  
mania coniunctis.

TIT. II. De praetensionibus actiuis  
gentis germanicae.

TIT. III. De praetensionibus passi-  
uis gentis germanicae.

TIT. IV. De finibus Germaniac.

TIT. V. De nonnullis foederibus  
specialibus gentis germanicae.

SECTIO

SECTIO II.

**DE IURE PERSONARVM.**

**TIT. I.** De iuribus exterarum gentium circa inaugurationem Imperatoris, & gentis germanicae circa inaugurationem superiorum aliarum gentium iuribus.

**TIT. II.** De praerogatiis Imperantium Imp. R. G. prae reliquis.

**TIT. III.** De legatis exteris ad Germanos missis.

**TIT. IV.** De indigenatu in Germania.

LIB. II.

**IVRISPRVDENTIA GENTIVM  
ECCLESIASTICA.**

**PROLEGOMENA.**

**DE IVRISPRVDENTIAE GEN-  
TIVM POSITIVAE GERMANICAE  
ECCLESIASTICAE FONTIBVS  
ET SVBSIDIIS.**

## SECTIO I.

**DE IURIBVS ET OBLIGATIONIBVS IN-  
TER IMPERIVM R. G. ET SE-  
DEM APOSTOLICAM.**

**TIT. I.** De iuribus & obligationi-  
bus inter Imp. R. G. & Sedem  
apostolicam circa, personas ecclesia-  
sticas pontificias.

**TIT. II.** De iuribus & obligationi-  
bus inter Imp. R. G. & Sedem apo-  
stolicam circa res ecclesiasticas ec-  
clesiae pontisiciae.

**TIT. III.** De iuribus & obligationi-  
bus inter Imp. R. G. & sedem apo-  
stolicam, quoad ecclesias protestan-  
tium.

## SECTIO II.

**DE IURIBVS ET OBLIGATIONIBVS DI-  
VERSARVM ECCLESiarVM IN GER-  
MANIA INTER SE.**

## CAPVT I.

**DE IURIBVS ET OBLIGATIONIBVS IN-  
TER ECCLESIAM PONTIFICIAM  
ET PROTESTANTIVM,**

MEM.

MEMBRVM I.

*DE TOLERANTIA RELIGIOSA IN GENERE, ET IN  
SPECIE, EIVS EFFECTIBVS IN NEGOTIIS  
POLITICIS ET FEVDALIBVS.*

TIT. I. *De tolerantia religiosa in genere.*

TIT. II. *De effectibus tolerantiae religiosae in negotiis politicis & feudalibus priuatis.*

TIT. III. *De effectibus tolerantiae religiosae in negotiis politicis & feudalibus publicis, & quidem in specie de statuum imperii inde dependentibus diuisionibus.*

TIT. IV. *De effectibus tolerantiae religiosae in negotiis comitialibus, tam in comitiis vniuersalibus quam particularibus.*

MEMBRVM II.

*DE EFFECTIBVS TOLERANTIAE RELIGIOSAE  
IN NEGOTIIS ECCLESIASTICIS.*

TIT. I. *De effectibus tolerantiae religio-*  
O 3

ligiosae quoad exercitium religio-  
nis.

**TIT. II.** De effectibus tolerantiae  
religiosae quoad liturgiam.

**TIT. III.** De effectibus tolerantiae  
religiosae quoad res ecclesiasticas.

**TIT. IV.** De effectibus tolerantiae  
religiosae quoad personas ecclesiasti-  
cas.

**TIT. V.** De effectibus tolerantiae  
religiosae quoad delicta ecclesiasti-  
ca.

### CAPVT II.

DE IVRIBVS ET OBLIGATIONIBVS ECCLESIA-  
RVM PROTESTANTIVM INTER SE.

### LIB. III.

IVRISPRVDENTIA GENTIVM  
FEVDALIS.

### PROLEGOMENA.

DE FEVDIS GENTIVM IN GENE-  
RE,

RE, ET IVRISPRVDENTIAE GEN-  
TIVM POSITIVAE GERMANICAE  
FEVDALIS FONTIBVS ET  
SVBSIDIIS.

TIT. I. De feudis Italicis.

TIT. II. De reliquis feudis gentis germanicae.

TIT. III. De iuribus obligationibus domini feudi & vasalli, quoad feuda gentis germanicae.

TIT. IV. De acquisitione, conseruatione, expletione & amissione iuriuum, & obligationum ad iurisprudentiam gentium positiam germanicam pertinētium.

*TOM. II.*

*IVRISPRVDENTIA PRACTICA.*

*PROLEGOMENA.*

*DE IVRISPRVDENTIA PRACTICA  
IN GENERE EIVSQVE FONTI-  
BVS ET SVBSIDIIS.*

O. 4

PARS

## PARS I.

## IVRISPRVDENTIA PRACTICA IVDICIALIS.

## LIB. I.

DE ADMINISTRATIONE IVSTITIAE  
IN GENERE.

TIT. I. De caussis.

TIT. II. De iurisdictione.

TIT. IV. De iudice, eius qualitatibus &amp; officio.

TIT. V. De commissariis &amp; vicariis alienae iurisdictionis.

TIT. V. De assessoribus, actuariis &amp; apparitoribus.

TIT. VI. De iudiciis.

TIT. VII. De foro.

TIT. VIII. De instantiis, fori cursu &amp; praeuentione.

TIT. IX. De actis.

TIT.

TIT. X. De Archivis, Cancellariis  
& sigillis authenticis.

TIT. XI. De expensis litis.

L I B. II.

DE ACTIBVS VOLVNTARIAE IV.  
RISDICTIONIS.

TIT. I. De actibus iurisdictionis, &  
actibus voluntariae iurisdictionis in  
genere.

TIT. II. De sequestratione & deposi-  
to iuris.

TIT. III. De subhaftatione.

TIT. IV. De ob-signatione, resigna-  
tione & inuentario iudiciale.

TIT. V. De arresto.

TIT. VI. De immissione.

TIT. VII. De hypothecis & testa-  
mentis iudicialibus, vt & iudicis  
circa tutelam officio.

TIT. VIII. De vnyione prolium, ado-  
ptionibus & emancipationibus.

TIT.

## TIT. IX. De concursu creditorum.

LIB. III.

DE ACTIBVS CONTENTIOSAE  
IVRISDICTIONIS.

## SECTIO L

## DE PERSONIS LITIGANTIBVS.

TIT. I. De actore &amp; reo.

TIT. II. De aduocatis.

TIT. III. De procuratoribus.

TIT. IV. De syndicis actoribus &  
defensoribus.

## SECTIO II.

## DE PROCESSV.

## MEMBRVM I.

## DE SPECIEBV'S PROCESSV.

TIT. I. De processu in genere.

TIT. II. De processu legali, arbitra-  
rio & conuentionali.

TIT.

TIT. III. De processu ciuili, crimi-  
nali & mixto.

TIT. IV. De processu communi &  
particulari.

MEMBRVM II.

*DE ACTIBVS IN PROCESSV OBVENIENTIBVS.*

CAPVT I.

DE ACTIBVS IN PROCESSV CIVILI OBVENIEN-  
TIBVS QVIBVS STATVS CONTROVER-  
SIAE DETERMINATVR.

TIT. I. De editione actionis.

TIT. II. De litis contestatione.

TIT. III. De oppositione exceptio-  
num.

TIT. IV. De positionibus.

CAPVT II.

DE ACTIBVS IN PROCESSV CIVILI OBVR-  
NIENTIBVS PROBATIONEM CON-  
CERNENTIBVS.

TIT. I. De probatione in genere.

TIT.

TIT. II. De probatione per instru-  
menta.

TIT. III. De probatione per testes.

TIT. IV. De probationis iniun-  
ctione.

TIT. V. De reprobatione.

TIT. VI. De examine testium, ro-  
tulo testium & publicatione atte-  
statorum.

### CAPVT III.

DE ACTIBVS IN PROCESSV CIVILI OB-  
VENIENTIBVS QVI AD SENTEN-  
TIAM PERTINENT.

TIT. I. De conclusione in causa.

TIT. II. De intotulatione & trans-  
missione actorum.

TIT. III. De sententia ipsa.

TIT. IV. De declaracione senten-  
tiae.

TIT. V. De remediis contra senten-  
tiā in genere.

TIT.

TIT. VI. De appellatione.

TIT. VII. De reliquis remediis contra sententiam.

TIT. VIII. De executione sententia.

CAPVT IV.

**DE ACTIBVS QVIBVSDAM MISCELLANEIS IN  
PROCESSV CIVILI OBVENIENTIBVS.**

TIT. I. De litis denunciatione.

TIT. II. De nominatione auctoris.

TIT. III. De interuentione.

TIT. IV. De litis reassumptione & re-  
conuentione.

TIT. V. De citatione.

TIT. VI. De litteris requisitorialibus.

TIT. VII. De contumacia.

TIT. VIII. De cautione & legitima-  
tione litigantium.

TIT.

**TIT. IX.** De tentatione amicabilis  
compositionis & disceptatione liti-  
gantium.

**CAPVT. V.**

**DE ACTIBVS IN PROCESSV CRIMINALI  
OBVENIENTIBVS.**

**TIT. I.** De inuestigatione corporis  
& auctoris delicti.

**TIT. II.** De delatione criminum.

**TIT. III.** De captura delinquentis.

**TIT. IV.** De examine delinquen-  
tium.

**TIT. V.** De probatione delictorum.

**TIT. VI.** De sententia criminali.

**TIT. VII.** De defensione delinquen-  
tium.

**MEM.**

MEMBRVM II.

*DE SINGVLIS PROCESSVS SPECIEBVIS.*

CAPVT I:

DE PROCESSV LEGALI COMMVN.

TIT. I. *De processu ciuili petitorio ordinario.*

TIT. II. *De processu petitorio sumario in specie sic dicto.*

TIT. III. *De processu executiuo.*

TIT. IV. *De processu consistoriali.*

TIT. V. *De processu feudalii.*

TIT. VI. *De processu militari.*

TIT. VII. *De processu cambiali.*

TIT. VIII. *De processu prouocatorio.*

TIT. IX. *De processu concursus creditorum.*

TIT. X. *De processu arresti.*

TIT.

**TIT. XI.** De processu possessorio  
tam summario quam ordinario.

**TIT. XII.** De processu criminali in-  
quisitorio.

### CAPVT. II.

#### *DE PROCESSV LEGALI PARTICVLARI.*

**TIT. I.** De processu iudicii impetia-  
lis aulici.

**TIT. II.** De processu camerali.

### SECTIO III.

#### *DE ARTE RELATORIA.*

**TIT. I.** De arte relatoria in ge-  
nere.

**TIT. II.** De lectione actorum.

**TIT. III.** De modo acta excerptendi  
& extrahendi.

**TIT. IV.** De relatione ipsa.

**PARS**

PARS II.

IVRISPRVDENTIA PRACTICA  
EXTRAIVDICIALIS.

LIB. I.

IVRISPRVDENTIA PRACTICA EX-  
TRAIVDICIALIS CONTENTIOSA.

TIT. I. De iurisprudentia practica  
extraiudicali in genere, & in spe-  
cie contentiosa.

TIT. II. De transactione.

TIT. III. De compromisso.

LIB. II.

IVRISPRVDENTIA PRACTICA EX-  
TRAIVDICIALIS VOLVNTARIA.

SECTIO I.

**GENERALIA DE EXPEDITIONE CAUSA-**  
**RVM NON LITIGIOSARVM EX-**  
**TRAIVDICIALI.**

TIT. I. De personis quarum opera  
in expeditione causarum non liti-  
giofarum

giosarum extrajudicialium utimur.

TIT. II. De exemplificatione instrumentorum.

TIT. III. De variis clausulis & formulis generalibus.

TIT. IV. De cessionibus, assignationibus, protestationibus & refutacionibus.

TIT. V. De apochis & renunciationibus.

TIT. VI. De chartis blancis, litteris reuersalibus & attestatis.

## SECTIO II.

### *DE EXPEDITIONE CAVSSARVM EXTRAJUDICIALIVM PRIVATARVM.*

TIT. I. De ultimis voluntatibus ordinandis.

TIT. II. De instrumentis pacta continentibus.

TIT.

TIT. III. De instrumentis status con-  
cernentibus.

SECTIO III.

**DE EXPEDITIONE CAVSSARVM  
PVBLICARVM.**

SECTIO IV.

**DE EXPEDITIONE CAVSSA-  
RVM GENTIVM.**

**TOM. III.**

**IVRISPRVDENTIA AD IMPE-  
RANTES ADPLICATA.**

PROLEGOMENA.

**DE IVRISPRVDENTIA AD IMPE-  
RANTES ADPLICATA IN GENE-  
RE, EIVSQVE FONTIBVS  
ET SVBSIDIIS.**

**PARS I.**

**IVRISPRVDENTIA THEO-  
RETICA AD IMPERAN-  
TES ADPLICATA.**

## LIB. I.

**IVRISPRVDENTIA PRIVATA AD IMPERANTES ADPLICATA.**

## SECTIO I.

**IVRISPRVDENTIA PRIVATA POLITICA  
AD IMPERANTES ADPLICATA.**

## CAPVT I.

## DE IVRE RERVM.

TIT. I. De iure in re,

TIT. II. De iure ad rem ciuili.

TIT. III. De iure ad rem criminali.

## CAPVT II.

## DE IVRE PERSONARVM.

TIT. I. De iure personarum secundum statum naturalem.

TIT. II. De statu coniugali.

TIT. III. De imperatrice &amp; regina Romanorum.

TIT.

TIT. IV. De statu paternitatis & filiationis personarum illustrium.

TIT. V. De statu tutoris & pupilli illustris.

TIT. VI. De statu viduarum illustrium.

SECTIO II.

*IURISPRUDENTIA PRIVATA ECCLESIASTICA AD IMPERANTES APPLICATA.*

SECTIO III.

*IURISPRUDENTIA PRIVATA FEUDALIS AD IMPERANTES APPLICATA.*

LIB. II.

*IURISPRUDENTIA PUBLICA AD IMPERANTES APPLICATA,*

SECTIO I.

*IURISPRUDENTIA PUBLICA POLITICA AD IMPERANTES APPLICATA.*

## CAPVT I.

DE CONSTITUTIONE PROVINCIA-  
RVM IMP. R. G.

TIT. I. De territorio Prouinciarum  
Imp. R. G.

TIT. II. De membris Prouinciarum  
Imp. R. G.

TIT. III. De superioritate territoria-  
li, eiusque partibus & speciebus.

## CAPVT II.

DE IVRIBVS SVPERIORITATIS TER-  
RITORIALIS.

## MEMBRVM L

DE IVRIBVS SVPERIORITATIS TERRI-  
TORYALIS IPSIS.

TIT. I. De iuribus superioritatis ter-  
ritorialis circa administrationem iu-  
stitiae.

TIT. II. De iuribus superioritatis ter-  
ritorialis circa politiam.

TIT. III. De iuribus superioritatis  
terri-

territorialis circa bellum, foedera & legationes.

TIT. IV. De iuribus superioritatis territorialis circa personas.

TIT. V. De iuribus superioritatis territorialis circa res.

M E M B R U M II.

*DE MODO QVO IURA SUPERIORITATIS TERRITORIALIS EXERCENTVR.*

TIT. I. De comitiis prouincialibus.

TIT. II. De ministris imperantium in prou. Imp. R. G.

TIT. III. De senatibus & iudiciis prouincialibus.

TIT. IV. De magistratibus in urbis municipalibus & praefectis in praefecturis.

TIT. V. De delictis publicis Imperantium prou. Imp. R. G.

## MEMBRVM III.

*DE IVRIBVS ET OBLIGATIONIBVS SVB-  
DITORVM CIRCA IVRA SVPERIORI-  
TATIS TERRITORIALIS.*

TIT. I. De eo quod iustum est circa acquisitionem & amissionem iuriū superioritatis territorialis respectu subditorum.

TIT. II. De iuribus & obligationibus subditorum circa singula iura superioritatis territorialis.

## CAPVT. III.

*DE MODIS QVIBVS IMPERANTES IN PROVIN-  
CIIS IMP. R. G. TALES FIVNT, ESSE DESI-  
NVNT, EORVMQUE QUALITATIBVS.*

TIT. I. De modis quibus Imperantes in prouinciis Imp. R. S. tales fiunt, eorumque qualitatibus.

TIT. II. De modis quibus Imperantes in prouinciis Imp. R. G. tales esse desinunt.

TIT. III. De apanagiatis.

TIT. IV. De tutela publica.

SECTIO

SECTIO II.

**IVRISPRVDENTIA PVBLICA ECCLESIA-  
STICA AD IMPERANTES IN PROVINCIS  
ET PRAELATVRIS IMP. R. G.  
ADPLICATA.**

CAPUT I.

**IVRISPRVDENTIA PVBLICA ECCLESIASTICA  
ECCLESIAE PONTIFICIAE AD PRAE-  
LATOS ADPLICATA.**

MEMBRVM I.

**DE CONSTITUTIONE PROVINCIAE  
ECCLESIASTICAE.**

TIT. I. De territorio prouinciae ecclasticae.

TIT. II. De membris prouinciae ecclasticae.

TIT. III. De imperii sacri in prouinciis ecclesiasticis, seu iuris dioecesi, partibus & speciebus.

## MEMBRVM II.

DE IURIBVS IN IURE DIOCESANO  
CONTENTIS.

TIT. I. De iuribus ipsis in iure dioecesano contentis.

TIT. II. De modo quo iura in iure dioecesano contenta exercentur in genere.

TIT. III. De archidiaconis & parochis.

TIT. IV. De patronis.

## MEMBRVM III.

DE MODO, QVO PRAELATI TALES FIUNT, ESSE  
DESINVNT, EORVMQUE QUALITATIBVS.

TIT. I. De modo quo praelati tales fiunt, eorumque qualitatibus.

TIT. II. De modo quo praelati tales esse desinunt.

TIT. III. De sede vacante.

CAPVT

CAPVT. II.

**IVRISPRVDETIA PVBICA ECCLESIAE PONTIFICIAE AD IMPERANTES QVI SVNT LAICI ADPLICATA.**

CAPVT. III.

**IVRISPRVDETIA PVBICA ECCLESIAE PROTESTANTIVM AD IMPERANTES ADPLICATA.**

TIT. I. De praelatis euangelicis.

TIT. II. De iure circa sacra imperantium prou. Imp. R. G. protestantium.

SECTIO. IH.

**IVRISPRVDETIA PVBICA FEVDALIS AD IMPERANTES ADPLICATA.**

LIB. III.

**IVRISPRVDETIA GENTIVM AD IMPERANTES ADPLICATA.**

TIT. I. De iurisprudentia gentium ad imperantes adPLICATA in genere.

TIT. II. De iurisprudentia gentium politica ad imperantes adPLICATA.

TIT.

**TIT. III.** De iurisprudentia gentium ecclesiastica ad imperantes applicata.

**TIT. IV.** De iurisprudentia gentium feudalis ad imperantes applicata.

## PARS II.

### IURISPRUDENTIA PRACTICA AD IMPERANTES ADPLICATA.

**TIT. I.** De retorsionibus iurium, repressaliis & bello.

**TIT. II.** De iudicio austregarum.

**TIT. III.** De foro personarum illustrium.

**TIT. IV.** De iurisprudentia practica iudiciali ad imperantes applicata.

**TIT. V.** De iurisprudentia practica extrajudiciali ad imperantes applicata.

**SECT.**

## SECT. III.

DE METHODO DOCENDI ET  
DISCENDI IURISPRUDEN-  
TIAM POSITIVAM.

## TIT. I.

DE METHODO DOCENDI IURISPRUDENTIAM PO-  
SITIVAM.

## §. 25.

Quae de methodo docendi in genere (Lib. 1. Sect. 3. Tit. 3. 4. & 5.) dicta, etiam in docenda iurisprudentia positiva debent obseruari, quibus iam specia- lia quaedam de methodo docendi iuris- prudentiam positivam addenda.

## §. 26.

Methodus docendi iurisprudentiam positivam *alius olim in usu fuit, aliis adhuc bodie in usu est, aliis introducendus esset*, ut studiosi iuris ad solidam & pragmaticam iurisprudentiae positivae cognitionem perducantur.

## §. 27.

## §. 27.

Doeendi iurisprudentiam positivam methodus qui olim in vsu fuit, differt pro diuersitate specierum iurisprudentiae positivae (§. 291. Lib. I.). Et quod in specie attinet Romanos, alia methodo docendi iurisprudentiam romanam sunt vſi *ante Justinianum*, alia post *Justinianum*; Germani vero olim plane neglexerunt studium iurisprudentiae positivae, donec tandem institutis academicis, receptisque peregrinis iuribus, studium iurisprudentiae positivae in germania florere coepit, & alii hac, alii alia methodo sunt vſi.

Dicatur de diuersis studiosorum iuris nominibus, quibus olim apud Romanos, ex annis quibus in academia commorabantur, quatuor olim, deinde quinque distinguebantur, & primo anno *Dupondii* olim, postea *Justiniani noui*, secundo *Edetales*, tertio *Papinianistae*, quarto *Lytæ*, & qui quinto adhuc aderant *Prohytæ* appellabantur.

## §. 28.

*Methodus docendi iurisprudentiam qui fuit apud Romanos in vſu, in docenda iurisprudentia positiva Imperii Rom. Germ. nullum babet vſum.*

## §. 29.

§. 29.

Methodus qua hodie ICti vtuntur in tradenda iurisprudentia positiva Imp. R. G. quam maxime differt, quae differentiae vero generatim redeunt ad diuersitatem in *constituendis partibus iurisprudentiae positivae Imp. R. G.*, diuersum ordinem quem obseruant in veritatibus tradendis, & diuersam methodum quam in ipsa tractatione singularum doctrinarum adhibent; dum alii *ramistica* alii *dichotomica*, alii *eromatica*, alii *mathematica*, alii *methodo auditoribus commoda*, alii nescio qua, vtuntur.

SENCKENBERG de iurisprudentia certa  
methodo tradenda.

§. 30.

Pro diuersitate methodi, respectu ordinis quo in tradendis veritatibus vtuntur, ICti solent eam diuidere in vulgarem & systematicam; & dicitur *vulgaris* si pro regula ordinis secundum quam veritates se inuicem subsequuntur ponitur series titulorum in collectionibus legum obuia, *systematica* vero si ista series non attenditur.

§. 31.

## §. 31.

Differt etiam hoc respectu methodus pro diuersitate regulae secundum quam veritates iuxta se inuicem collocantur, dum aut singula diuersa iura separatim tractantur, aut omnia diuersa iura coniunctim; quae prior methodus *pura*, posterior methodus *per differentias* appellari potest.

## §. 32.

*Qui methodo vulgari vtitur non potest accurate diuersas partes iurisprudentiae a se inuicem separare, nec doctrinas cohaerentes uno loco tradere, saepe debet repetere easdem doctrinas, discentes ad solidam, perspicuam & profundam cognitionem perducere nequit, methodum mathematicam quae optima docendi methodus adhibere nequit, studium iurisprudentiae taediosum reddit illis qui distinctam & solidam cognitionem amant.*

Dicatur de argumentis quibus methodus vulgaris defendi solet.

## §. 33.

*Qui methodo systematica vtitur quidem, sed tamen ita ut singula iura separatim tractet, siveque methodum puram simul*

simul adhibet, itidem non potest accurate diversas partes iurisprudentiae a se inuicem separare, & repetere etiam saepe debet easdem doctrinas.

§. 34.

Iurisprudentiam positivam doctorem incumbit, ut totam iurisprudentiam in suas partes apte diuidat, in singulis partibus veritates ad eas pertinentes exponat, nec eas alibi repeatat.

§. 35.

In docenda iurisprudentia positiva non methodus vulgaris sed systematica, non methodus pura sed methodus per differentias adhibenda, & singulae doctrinae methodo demonstrativa explicandae. (§. 336. Lib. 1.)

L. B. de C R A M E R de optima iurisprudentiam docendi methodo.

§. 36.

Methodus docendi iurisprudentiam priuatam politicum secundum seriem titulorum in Institutionibus & Pandectis, & iurisprudentiam ecclesiasticam secundam seriem titulorum in Decretalibus deseri potest & debet.

Q

§. 37.

## §. 37.

*Definitiones iuridicae*, quo nomine  
veniunt definitiones terminorum techni-  
corum iuridicorum. sunt vel *legales* vel  
*doctrinales*, prout vel tales sunt quae in  
ipsis legibus obuiæ, vel tales quae a  
ICTis ex cogitatae.

## §. 38.

*Docens iuris prudentiam positivam*  
potest & debet definitiones legales fal-  
sas reiicere, & loco earum magis accu-  
ratas doctrinales substituere, modo non  
temere immutetur in legibus aut in scho-  
lis ICTORUM receptus significatus.

## §. 39.

*Veritates iuridicae debent & possunt*  
propositionibus rite determinatis inclu-  
di & demonstrari, sed non semper de-  
monstraciones philosophicae lacuna ha-  
bent, cum potius saepissime historicae  
sint adhibendae (§. 330. Lib. I.)

## §. 40.

*Demonstraciones historicae proposi-*  
tionum iuridicarum differunt; prout pro-  
positiones aut concernunt ea quae leges  
dispenunt, aut quaestionem an in praxi  
lex

lex quaedam obtineat, seu sic dictum vsum hodiernum; ita ut in priori casu per legum probantium allegationem & si obscurae sunt explicationem, in posteriori casu vero per testimonia DD. qui de praxi testari possunt, demonstratio facienda.

*§. 41.*

Demonstrationes philosophicae, aut per conclusiones ex legibus tanquam principiis deductas, aut per similitudinem quae est inter casus in legibus expresse decitos & in iis expresse non decisos, formanda.

Obser. nr. von rechter Anwendung der Demonstrativen Lehrart in der bürgerlichen Rechtsgelehrtheit Diurnis Hallensi- bus A. 1746. n. 41. 42. 43. inferta.

*§. 42.*

*Iurisprudentiam positivam methodo demonstrativa doceri possibile est. (§. 36.*

*38. 39.)*

L. B. de CRAMER Ungerund, der Beschmer- den, des Herrn Canbler von Ludwigs über den methodum demonstrativum in iure. V. C. CLAPRONT Vertheidi- gung der mathematischen Lehrart in der Rechtsgelehrtheit, in der Sammlung von

iuristisch-philosophisch- und critischer Abhandlungen P. 2. n. 2.

§. 43.

*Si juris prudentia positiva methodo demonstrativa docetur, ea ab incertitudine, obscuritate & confusione liberatur; prout etiam intra brevius temporis spatiū disci potest, si demonstrativa methodo doceatur.*

§. 44.

*Viva voce iura docens generalia docentis viua voce officia obseruare (Lib. 1. Sect. 3. Tit. 5.) & praesertim leges probantes auditoribus distincte explicare, debet.*

Progr. nr. von rechter Einrichtung des māndlichen Vortrages eines Lehrers der Recht.

§. 45.

*Quoad collegia iuridica practica examinatoria docens debet, praeter ea quae de his collegiis supra (§. 313. Lib. 1.) dicta, quoad quaestionem quale? selectos casus auditoribus proponere ut eos vel decidant, vel remedia in tali casu adhibenda indicent.*

§. 46.

§. 46.

Quoad collegia iuridica practica in specie sic dicta docentis est, auditoribus omnis generis elaborationes quae in praxi obuenire possunt iniungere, elaborationes sedulo examinare & commissarii indicare, ut & quoad negotia que solennitatibus vel viua voce peragenla auditores exercere per viuam praxin.

TIT. II.

DE MÉTHODO DISCENDI IURIS  
PRUDENTIAM POSITIVAM.

§. 47.

Discens iurisprudentiam positivam, praeter ea quae de methodo discendi in genere dicta (Lib. 1. Sect. 3. Tit. 6. 7. 8.), obseruare debet quasdam speciales regulas de quibus hic agendum.

§. 48.

Studia subsidiaria specialia iurisprudentiae positivae, sunt partim talia quae quoad omnes partes iurisprudentiae positivae talia sunt, partim huius tantum vel illius partis specialis iurisprudentiae positivae studia subsidiaria, sicque iterum vel *generalia* vel *specialia* sunt.

Q 3

§. 49.

## §. 49.

*Generalia studia subsidiaria iurisprudentiae positivae sunt, Matheſis, Historia & Philosophia.*

## §. 50.

*Aathesis non influit materialiter, sed tantum formaliter, in iurisprudentiam positivam, hincque a studio iuris in methodos studio ea obseruanda quae (§. 401. Lib. 1.) docuimus.*

Dicatur de mathesi forensi. P. O. L. A. C. Mathesis forensis. V. N. G. E. R. Beiträge zur mathesi forensi.

## §. 51.

*Quamvis tota philosophia merito ad studia subsidiaria iurisprudentiae positivae referatur, ne quidem Philosophia moralis & Physica excepta, tamen Logicae, Ontologiae, Psychologiae empiricae & Iurisprudentiae naturalis studium praesentim studio iuris utile est.*

## §. 52.

*Prout philosophia Wolfiana in genere influit in omnes eruditionis partes (§. 402. Lib. 1.), ita & in specie influit in iurisprudentiam positivam, tam materialiter quam formaliter.*

L. B.

L. B. de GRAMBER Specimina de vſu phi-  
losophiae Wolfianae in iure.

§. 53.

In addiscenda historia studiosus iuris  
sollicitus esse debet de addiscendis iūs fa-  
ctis a quibus iura & obligationes de-  
pendent.

§. 54.

Partes historiae ICto maxime necessa-  
riae sunt *Historia iuris* & *Historia littera-  
raria iurisprudentiae positivae*, quoad  
tres suas partes *Bibliographiam*, *Biogra-  
phiam* & *Historiam litterariam iuris-  
prudentiae positivae in specie sic dictam*.

§. 55.

In addiscenda historia litteraria iuris-  
prudentiae positivae diversae iurispruden-  
tiae partes a se inuicem sciungendae.

§. 56.

*Medicinae* sic dictae forensis seu le-  
galis studium non pertinet ad studia sub-  
sidiaria iurisprudentiae positivae.

§. 57.

Ordo in addiscenda iurisprudentia po-  
sitiva obseruandus conuenit cum ordine  
in.

in addiscenda iurisprudentia naturali obseruando. (§. 89. Lib. 2.)

§. 58.

Quod speciatim attinet methodum studendi finitis studiis academicis, candidatus iuris cum studio iuris communis combinare studium iuris specialis eius loci vbi fortunarum suarum sedem figere vult, & legendo consilia, responsa & deducções, ut & actorum lectione, ad praxi se habilitare debet; si quidem practicam vitam eligere vult & operam dare praxi, quam omnibus Dn. Auditoribus, in quorum gratiam haec scripsi praecognita, auream adprecor.





